torqueat. RABA. Vel aliter: Nunc de/
mũ diabolus intelliges per xp̃m ſe ſpolia ſua
amiſſurũ: ſicut primũ per mulierē mortē intu
lerat: ita per mulierem vult xp̃s de manibus
iudeorũ liberare: ne per eius mortem: mortis
amittat imperium. CHRY. in ho. Nihil
aũt premiſſorũ chriſti aduerſarios mouit: qa
eos omnino inuidia excecauerat. vnde ex pro
pria malicia plebem corrumpũt. ⁊ hoc eſt qđ
ſequitur: Principes aũt ⁊ ſeni. perſuaſe. po
pulo vt pete. barra. Je. vo perderēt. ORI
GE. Et eſt videre nũc quō populus iudeorũ
a ſenioribus ſuis: ⁊ iudaice culture doctori/
bus ſuadet: ⁊ excitat aduerſum ieſum vt per
dant eũ. Sequitur. Reſpon. aũt preſes ait il/
lis. Quē vul. vo. de duo. dimitti? GLO.
Reſpondiſſe āt dicitur pilatus hec dicens: ſi
ue ad ea que vxor nunciauerat: ſiue ad petitio
nē populi: qui iuxta cõſuetudinem aliquē in
die feſto ſibi dimitti petebant. ORIGE.
Turbe aũt quaſi fere que ſpacioſā ambulāt
viam: voluerũt ſibi barrabā habere ſolutū.
vnde ſubditur. At illi dixe. barrabā. Jō gēs
illa habet ſeditiones ⁊ homicidia ⁊ latrocinia
ſm̃ quoſdam gentis ſue i rebus que foris ha
bentur: ſm̃ āt oēs intus in aĩa. Vbi. n. non
eſt ieſus: illic lites ⁊ p̃lia ſunt. vbi āt ē: ibi ſũt
oĩa bona ⁊ pax. Oēs etiam q̄ iudeis ſunt ſi/
miles vel in dogmate vel in vita: barrabam
ſibi ſolui deſiderāt. Quicũq; enī mala agit:
ſolutus eſt in corpore eius barrabas. Chriſtus
aũt vinctus. Qui aũt bona agit xp̃m hꝫ ſolu/
tum: barrabā vinctum. Voluit aũt pilatus pu/
dorem tāte iniquitatis eis icutere. vñ ſequit:
Dicit il. pila. Quid igitur fa. de ie. qui dicit
xp̃s. Non ſolũ aũt hoc: ſed ⁊ mēſurā collige/
re volēs i pietatis eorũ. Jlli aũt nec hoc erube
ſcunt ꝙ pilatus ieſum chriſtũ eē cõfitebatur:
nec modũ ipietatis ſeruant. vnde ſequit: Di
cũt oēs: Crucifigatur. Jn quo multiplicaue/
runt ipietatis ſue menſurā: nõ ſolũ homici/
dam poſtulātes ad vitam: ſed etiam iuſtũ ad
mortem: ⁊ ad mortē turpiſſimā crucis. RA
BA. Pendentes ſiquidē in ligno crucifixi:
clauibus ad lignũ pedibus manibuſq; confixi:
producta morte necabant ⁊ diu viuebāt i cru
ce: nõ qꝛ lõgior vita eligebatur: ſed qꝛ mors
ipſa protēdebat: ne dolor citius finiret. verũ
iudei de morte peſſima cogitabāt: ſed a dño
nõ intelligentibus eis electa erat. ipſam enim
crucem diabolo ſuperato erat tāq; tropheum
in frõtibus fideliũ poſiturus. HIERO.
Cũ aũt hoc reſponderēt: non ſtatim acquie/
uit: ſed iuxta ſuggeſtionem vxoris que man/
dauerat: Nihil tibi ⁊ iuſto illi. Jpſe quoq; re
ſpondit. vnde ſequit: Ait illis preſes: Quid
eni mali fecit? Hoc dicendo pilatus abſoluit
ieſum. Sequitur: At illi magis clamabāt di
centes: Crucifigatur. Vt impleretur quod i
pſalmo dicitur. Circũdederũt me canes mul
ti: cõgregatio malignātiũ obſedit me. Et illđ
hieremie: Facta eſt mihi hereditas mea: ſicut
leo in ſilua: dederunt ſup me vocem ſuam.
AVGV. de con. euan. Sepius aũt pilatus
cũ iudeis egit: volens vt dimitteret ieſus qđ
pauciſſimis verbis teſtatur mattheus cũ ſub/
dit: Videns pila. qꝛ nihil profice. ſed magis
tumultus fieret. qđ nõ diceret: niſi multũ ille
conatus fuiſſet: quāuis tacuerit quotiens hoc
tētauit vt erueret ieſum furori eorũ. Sequit:
Accepta aqua lauit manus coram populo di
cens: Jnnocēs ego ſum a ſan. iuſti huius.
REMI. Mos. n. erat apud ātiquos vt cũ
vellet qs ſe oſtendere imunē ab aliquo crimi
ne: accepta aqua lauaret manus ſuas corā po
pulo. HIERO. Pilatus ergo accepit aquā
iuxta illud propheticũ: Lauabo inter inno/
centes manus meas: quodāmodo in hoc con
teſtās ⁊ dicens: Ego quidem innocentē vo
lui liberare: ſed quoniā ſeditio oritur: ⁊ rebel
lionis mihi contra ceſarem crimē impingit:
innocens ſum a ſanguine iuſti huius. Judex
ergo qui cogitur cõtra dominũ ferre ſenten/
tiā: nõ dānat oblatum: ſed arguit offerētes:
iuſtũ eſſe pronuncians eum qui crucifigēdus
eſt. Sequitur: Vos videritis. q. d. Ego mi/
niſter legum ſum: vox veſtra ſanguinē fun/
dit. Sequitur. Et reſpō. vni. po. dixit. Sā.
eius ſuper nos ⁊ ſu. fi. noſtros. Perſeuerat
vſq; in p̃ſentem diem hec imprecatio ſuper iu/
deos: ⁊ ſanguis domini nõ aufertur ab eis.
CHRY. in ho. Intuere autem ⁊ hic iudeo/
rum multam inſaniam. eorum. n. ipetus ⁊ p̃
nicioſa concupiſcentia non p̃mittit eos q̄ opꝫ
inſpicere ⁊ ſibi maledicunt di. Sanguis eius
ſuper nos: quid ad filios maledictionem at/
trahunt di. Et ſuper filios noſtros. Sed ta/
men miſericors deus eorum ſententiam non
firmauit: ſed ex eis ⁊ eorum filijs ſuſcepit q̄
penitentiam egerunt etenim ⁊ paulus ex ipſis

fuit: ꝛ multa milia eorum qui in hieroſolymis crediderunt. LEO papa. in ſer. ď paſ. Exceſſit ergo pilati culpam facinus iudeoꝝ: ſed nec ipſe euaſit reatum qui reliquit proprium iudicium: ꝛ in crimen tranſiuit alienum. ſequitur enim. Tunc dimi. il. bar. Jeſum autem flagellatum tradidit vt crucifigeretur.

HIERO. Sciendum eſt autem pilatū romanis legibus miniſtraſſe quibus ſancitum eſt: vt qui crucifigitur prius flagellis verberetur. Traditur igitur ieſus militibus verberādus: ꝛ illud ſanctiſſimum corpus pectus dei capax flagellis ſecuerunt. AVGV. i ſer. de paſ. Ecce dominus aptatur ad verbera: ecce iam ceditur. rupit ſanctam cutē violentia flagellorum repetitis ictibus crudelia verbera ſcapularum terga conſcindunt. Proh dolor iacet extenſus ante hominem deus: ꝛ ſupplicium patitur rei in quo nullum peccati veſtigium potuit inueniri. HIERO. Hoc autem factum eſt: vt quia ſcriptū erat: Multa flagella peccatorum: illo flagello nos a verberibus liberemur. Jn lauacro etiam manuū pilati: gentilium omnia opera purgantur: et ab impietate iudeorum nos alieni efficimur. HYLA. Hortantibus autem ſacerdotibꝰ populus barrabam elegit: qui interpretatur patris filius: in quo arcbanum future infidelitatis oſtenditur: chriſto antichriſtum peccati filium preferendo. RABA. Barrabas etiam qui ſeditiones faciebat in turbis: dimiſſus eſt populo iudeorum. i. diabolus q̄ vſqꝫ hodie regnat in eis: ꝛ iccirco pacē habere nō poſſunt.

¶ Tunc milites preſidis ſuſcipiētes ieſum in pretorio: congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem: ꝛ exuentes eum: chlamydē coccineā circūdederūt ei. Et plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius: ꝛ harūdinē i dextra eius: ꝛ genu flexo ante eum: illudebant ei dicentes: Aue rex iudeorū. Et expuentes in eum acceperunt harūdinem ꝛ percutiebant caput eius.

AVGV. de concor. euan. Poſt accuſationes chriſti: conſequens eſt vt ipſam domini paſſionem videamus: quam matheus ſic incipit. Tunc milites preſidis ſuſcipientes ieſū in pretorio congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem. HIERO. Quia enim rex iudeorum fuerat appellatus: ꝛ hoc ei ſcribe ꝛ ſacerdotes crimē obiecerant: ꝙ ſibi in populo iſrael vſurparet imperium: illudentes hoc faciunt vt nudatum priſtinis veſtibus induant chlamydē coccineam pro rufo limbo quo reges veteres vtebantur: ꝛ pro diademate imponant ei coronam ſpineam: pro ſceptro regali dent calamū: ꝛ adorent quaſi regē. ꝛ hoc eſt quod ſubditur. Et exue. cuꝫ chlamy. cocci. circū. ei: ꝛ plectē. coro. de ſpinis. AVGV. de con. euan. Per hoc autem intelligitur Marcum dixiſſe indutum purpura. Pro regia enim purpura chlamys illa coccinea ab illudentibus adhibita erat: ꝛ eſt rubra quedam purpura cocco ſimillima. Poteſt ēt fieri: vt purpuram etiam marcus commemorauerit quam chlamys habebat: ꝙuis eēt coccinea. CHRY. in ho. Que igitur erit nobis cura de reliquo ſi contumelias ab aliquo patiamur: poſtq̄ꝫ chriſtus hoc paſſus eſt? Et enim quod fiebat in chriſtum vltimus terminus contumelie erat: nec vna particula tātū: ſed vniuerſum corpus patiebatur iniurias: caput per coronā ꝛ harundinem ꝛ colaphos: facies quia inſpuebatur: gene quia alapis cedebantur: corpus totum per flagella. Et ga denudatum eſt per circundationem chlamydis ꝛ per fictam adorationem: manus ꝑ harundinem quam dederunt ei pro ſceptro: acſi timerent ne aliquid pretermitterent grauiſſime preſumptionis. AVGV. de con. euan. Apparet autem matheum recapitulādo iſta commemoraſſe: non quo tunc factum ſit: cum eum pilatus crucifigendum tradidiſſet. Joannes enim anteq̄ꝫ diceret: ꝙ cum pilatus crucifigendum tradidit iſta commemorauit. HIERO. Nos autem omnia hec intelligamus myſtice. Quomodo enim cayphas dixit: Oportet vnum hominem mori pro omnibus: neſciens quid diceret: ſic ꝛ iſti quodcunqꝫ fecerunt: licet alia mente fecerint: tamen nobis qui credimus ſacramenta tribuebant. Jn chlamyde coccinea opera gentium cruenta ſuſtentat. Jn corona ſpinea maledictum ſoluit antiquum.

Jn calamo venenata occidit animalia: ſiue calamum tenebat in manu: vt ſacrilegium

ſcriberet iudeoꝝ. HIERO. Vel aliter: Suſceptis omnibus corporis noſtri infirmitatibus a dñ̄o: omne deinde noſtrū quibus regnū ſecū erat debitum: ſanguine cocci colore perfundit̄. Spinis quoqꝫ .i. cōpūgentiū quōdam ꝑctis gentiū coronat̄: eſt .n. aculeus i ſpinis: ex quibus chriſto victorie corona cōteritur. In calamo vero earūdē gentiū infirmitas atqꝫ inanitas manu cōprehenſa firmat̄: quin etiam capiti eius illiditur: vt infirmitas gentium manu chriſti comprehenſa etiam in deum patrem: qui caput eius eſt: cōquieſcat. ORIGE. Vel calamus myſterium fuit ꝙ priuſqꝫ crederemus cōfidebamus in virga harundinea egypti: vel cuiuſcūqꝫ regni cōtrarij deo quē accepit: vt triūphet euꝫ i ligno crucis. Percutiūt autem eum hoc calamo caput xp̄i ieſu: qm̄ ſemꝑ regnum illud verberat deuꝫ patrem caput ſaluatoris. REMI. Vel aliter: Per chlamydem coccineaꝫ caro domini deſignatur que rubra dicitur propter ſanguinis effuſionem: per ſpineam coronam ſuſceptio peccatorum noſtrorum: q: in ſimilitudineꝫ carnis peccati apparuit. RABA. Calamo igitur chriſti caput percutiunt: q diuinitati eius cōtradicentes: errorem ſuum auctoritate ſacre ſcripture: que calamo ſcribitur: confirmare conantur. Spuunt in faciem eius qui pñtiam gratie illius verbis execrandis reſpuunt: ⁊ ieſum in carne veniſſe denegant. Falſo autem illum adorant qui in eum credunt ſed peruerſis actibus deſpiciunt. AVGV. de con. euan. Q̄d aūt dñm̄ i paſſione exuerunt veſtem propriam ⁊ induerūt fucatam: ſignati ſunt heretici: qui eum dicūt verum corpus non habuiſſe ſed fictum.

¶ Et poſtq̄ illuſerunt ei: exuerūt eū chlamyde ⁊ induerunt eum veſtimentis eius: ⁊ duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem cyreneum nomine ſimonē: hūc angariauerunt vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum qui dicitur golgatha: quod eſt caluarie locus. Et dederunt ei vinuꝫ bibere cuꝫ felle mixtū: Et cum guſtaſſet noluit bibere.

GLO. Poſtq̄ euangeliſta cōmemorauit ea q ad illuſionē xp̄i pertinēt: nūc narrare incipit proceſſum crucifixionis ipſius. vnde dicitur. Et poſtq̄ illu. ei exue. eū chlamyde: ⁊ induc. eum veſtimē. ſuis: ⁊ duxe. eum vt crucifigerent. AVGV. de cō. euan. Hoc autē in fine factum eē intelligitur: cū iā duceret̄ ad crucifigendū. Poſtq̄ .ſ. pilatus tradidit euꝫ iudeis. HIERO. Notandū aūt qm̄ flagellatur ieſus: ⁊ cōſpuitur nō habet ꝓpria veſtimenta: ſed ea q̄ ꝓ peccata nr̄a ſumpſerat: cū autem crucifigitur ⁊ illuſionis pōpam preterierit: tūc ꝓſtinas veſtes recipit ⁊ propriuꝫ aſſumit ornatuꝫ: ſtatimqꝫ elementa turbantur: ⁊ creatori dat teſtimoniū creatura. ORIGE. Et de chlamyde qdem ſcriptū eſt: qm̄ denuo expoliauerunt eum. De corona autem ſpinea nihil tale euangeliſte ſcripſerūt: vt iaꝫ nō ſint ſpine noſtre antiq̄: poſtq̄ ſemel eas a nobis abſtulit ieſus ſuꝑ venerabile caput ſuum. CHRY. in ſer. de paſ. Nō aūt voluit dñs pati ſub tecto: nō in tēplo iudaico, ne putares pro illa tm̄ plebe oblatū: ⁊ iō foras ciuitatem: foras muros: vt ſcias ſacrificium eē cōmune qd̄ totius terre eſt oblatio: qd̄ cōmunis eſt purificatio: ⁊ hoc ſignat̄ cum dicitur: Exeuntes autem inuenerūt hominē cyre. nomine ſimonē hunc angari. vt tolle. crucē ei⁹. HIERO. Ne quis āt putet huic loco euāgeliſte ioannis hiſtoriā eē cōtrariā. ille enim dicit exeuntem dominuꝫ de pretorio portaſſe crucē ſuā: Mattheus aūt refert ꝙ īuenerunt hominē cyreneū cui īpoſuerūt crucem ieſu. Sed h intelligendū ē ꝙ egrediēs de pretorio ieſus ipſe portauerit crucē ſuā: poſtea obuiaꝫ habuerūt ſimonē: cui portādā crucē impoſuerunt. ORIGE. Aut egreſſi qdē angariauerunt ſimonem. appropinquantes auteꝫ ad locū in quo eū fuerant ſuſpēſuri: īpoſuerunt crucem ⁊ ipſi: vt ipſe eam portaret. Nō fortuito aūt angariatus eſt ſimō: ſed ſm̄ diſpoſitionem dei ductus ē ad hoc vt euangelica ſcriptura dignus inueniretur ⁊ miniſterio crucis chriſti. Nō ſolū aūt ſaluatorem conueniebat accipere crucem ſuam: ſed ⁊ nos cōueniebat eā portare: ſalutarē nobis angariā adimplentes. nec tamen ſic profeciſſet nobis eam accipere: ſicut cum ipſe eaꝫ accepit. HIERO. Myſtice enim crucem ſuſcipiunt nationes: ⁊ peregrinus obediens portat ignominiā ſaluatoris. HYLA. Indignus enim iudeus erat chriſti crucē ferre. q: fidei gentiū erat in-

reliquum ⁊ crucem accipere ⁊ compati. REMI. Iſte eniz ſimon nō erat hieroſolymita: ſed peregrinus ⁊ aduena. ſ. cyreneus. Cyrene enim ciuitas ē libye. Interpretatur aūt ſimon obediens: cyreneus heres: vnde pulchre per eum deſignatur populus gentium q peregrinus erat teſtamentorum dei: ſed credendo factus eſt ciuis ſanctorum ⁊ domeſticus ⁊ heres dei. GREGO. in ho. Vel aliter: Per ſimonem qui crucem dominicaz in angariam portat: deſignantur abſtinentes ⁊ arrogantes: quia per abſtinentiam quidem carnem afficiunt: ſed fructum abſtinentie interius non requirunt. vnde idem ſimon crucem portat: ſed non moritur: quia abſtinētes ⁊ arrogantes per abſtinentiam quidem corpus afficiunt: ſed per deſiderium quidem glorie mundo viuunt. Sequitur. Et vene. i lo. qui dicitur golga. quod eſt caluarie locus. RABA. Golgatha enim ſyrum nomē ē: ⁊ interpretatur caluaria. HIERO. Audiui quendam expoſuiſſe caluarie locum: i quo ſepultus eſt adam: ⁊ ideo ſic appellatum: qa ibi antiqui hominis ſit conditum caput. Fauorabilis interpretatio ⁊ mulcens aurem populi: nec tamen vera. Extra vrbē. n. ⁊ foris portā loca ſūt i quib⁹ trūcant̄ capita dānatoꝝ: ⁊ caluarie. i. decollatorū ſūpſere nomē. Propterea āt ibi crucifixus ē ieſus: vt vbi prius erat area dānatorū: ibi erigerent̄ vexilla martyrij. Adā vero ſepultū iuxta ebrō ⁊ arbee in ieſu filij naue volumine legim⁹. HYLA. Locus āt crucis talis ē vt poſit⁹ i medio terre ad capeſcēdā dei cognitionē vniuerſis gētibus eēt equalis. Seqtur: Et dede. ei bi. vinū cū fel. mixtū. AVGV. de cōſen. euan. Hoc marcus ita narrat: Et dabant ei bibere mirrhatū vinū: Fel quippe pro amaritudine mattheus poſuit: mirrhatū eniz vinū amariſſimū ē quāq̄ fieri poſſit vt ⁊ fel ⁊ mirrha vinū amariſſimū redderēt. HIERO. Amara vitis: amarū vinū facit: quo potāt dñm ieſum: vt ipleat̄ qd ſcriptū ē: Dederūt i cibum meū fel. Et deus loquit̄ ad hieruſalē: Ego te plantaui vineā verā: quō facta es i amaritudine vitis alienę? Et cū guſtaſſet noluit bibere. AVGV. de con. euan. Qd aūt marc⁹ ait: Et non accepit. intelligitur: nō accepit vt biberet: guſtauit aūt ſicut mattheus teſtis eſt. ⁊ qd idē matthe⁹ ait: Noluit bibere: hoc marcus dixit: Nō accepit. tacuit etiā q guſtauit. Qd aūt cū guſtaſſet noluit bibere hoc indicat q guſtauerit qdē ꝓ nobis mortis amaritudinem: ſz tertia die reſurrexit. HYLA. Vel ideo oblatum vinū felle admixtū bibere recuſauit. nō enim eterne glorie incorruptiōi peccatorum amaritudo miſcetur.

¶ Poſtquā autem crucifixerunt eū diuiſerunt veſtimenta eius ſortem mittentes: vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetam dicentem: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea: ⁊ ſuper veſtez meam miſerunt ſortem. Et ſedētes ſeruabant eum. Et impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam: hic eſt ieſus rex iudeorum. Tunc crucifixi ſūt cum eo duo latrones: vnus a dextris ⁊ vnus a ſiniſtris.

GLO. Premiſſo quō chriſtus ad locū paſſionis ē ductus hic euāgeliſta ipſam paſſionē proſeqtur: gen⁹ mortis exponens cum dicit: Poſtq̄ aūt crucifixerūt eū. AVGV. in libro. lxxxiij. queſtionū: Sapiētia qdē dei hominē ad exēplū quo recte viuerem⁹ ſuſcepit. ptinet aūt ad vitā rectā ea que nō ſūt metuenda nō metuere. Sunt aūt homines q quāuis mortē ipſam nō timeāt: genus tn̄ mortis horreſcunt. vt ergo nullū mortis genus recte viuenti homini metuendū eēt: illius hoīs cruce oſtendendum fuit. Nihil enim erat inter oia genera mortis illo genere execrabilius ⁊ formidabilius. AVGV. in ſer. de paſ. Quātum autem valeat virtus crucis: aduertat ſanctitas veſtra. Contempſit adam preceptuz accipiens ex arbore pomū: ſed quicquid adam perdidit: chriſtus in cruce inuenit. de diluuio aquarum humanum genus archa lignea liberauit. de egypto dei populo recedente moyſes mare virga diuiſit: pharaonem proſtrauit: et populum dei redemit. Idem moyſes lignum in aquam miſit: ⁊ amaram aquam in dulcedinem cōmutauit: Et lignea virga de ſpirituali petra ſalutaris vnda profert: ⁊ vt amalech vinceretur circa virgam: Moyſes expanſis manibus extenditur. ⁊ lex dei arche teſtamenti creditur lignee: vt his omnibus ad lignum crucis quaſi per gradus quoſdam veniatur. CHRY. in ſer. de paſ. Ideo ⁊ in excelſo

ligno nō ſub tecto paſſus ē: vt ēt ipſius acris
natura mūdet. ſed ⁊ terra ſimile beneficium
ſentiebat decurrētis de latere ſanguinis ſtilla
tione mundata. GLO. Lignū etiā crucis ſi
gnificare videtur eccleſiaꝫ in quattuor mūdi
partibus diffuſaꝫ. RABA. Vel ſm mora
lem ſenſuꝫ crux ꝑ ſuā latitudinē ſignificat hy
laritatē operātis: qꝛ triſtitia āguſtias facit. la-
titudo enī crucis ē ī trāſuerſo ligno vbi figū
tur manꝰ. per manus āt opa itelligimus. per
altitudinē autē cui caput adiungitur: ſignifica
tur expectatio retributionis d̓ ſublimi iuſtitia
dei. longitudo aūt ꝗ totū corpus extendit: to-
lerātiā deſignat. vnde longanimes dicūtur ꝗ
tolerāt. ꝓfundū autem quod terre infixuꝫ ē:
ſecretum ſacramenti prefigurat. HYLA.
Sic ergo in ligno vite cūctorum ſalus ⁊ vita
ſuſpenditur. vnde dicitur: Poſtqꝫ autē cru-
cifi. eum diuiſe. veſti. eius: ſorteꝫ mittentes.
AVGV. de cō. euā. Hoc breuiter a mat
theo dictū eſt: Joannes autem diſtinctius ex-
plicat quēadmodū geſtū ſit: Milites inquit
cum crucifixiſſent eum: acceperunt veſtimen
ta eius: ⁊ fecerunt quattuor partes: vnicuiqꝫ
militi partem ⁊ tunicam. Erat autem tunica
inconſutilis. GHRY. in ho. Notandum
ergo ꝙ non parua hec abiectio chriſti erat: qſi
enim circa dehonoratum ⁊ omniuꝫ viliſſimū
in chriſto hoc agebant. in latronibus auteꝫ ni
hil tale operati ſunt. Diuidere enim veſtimē
ta in cōdēnatis valde vilibus ⁊ abiectis fit: ⁊
nihil aliud habentibus. HIERO. Hoc
autem quod circa chriſtum geſtum eſt: ī pſal-
mo fuerat prophetatum. ⁊ ideo ſequitur. Vt
adimpleretur quod dictum eſt per propbetaꝫ
dicentem: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea et
ſuper veſtem meam miſerunt ſorteꝫ. Seqꝛ:
Et ſedentes ſeruabant eum. ſ. milites. Dili
gentia militum ⁊ ſacerdotum nobis profuit:
vt maior ⁊ apertior reſurgentis virtus appa
reat. Sequitur: Et impoſuerunt ſuper caput
eius cauſam ipſius ſcriptam: Hic ē ieſus rex
iudeorum. Non poſſum autem digne admi
rari pro rei magnitudine ꝙ emptis falſis te-
ſtibus ⁊ ad ſeditionem clamorēqꝫ infelici po
pulo concitato: nullam aliam inuenerunt cāꝫ
interfectionis eius niſi ꝙ rex iudeorum eſſet.
⁊ illi forſitā illudētes ridenteſqꝫ hoc fecerūt.
REMI. Diuinitus auteꝫ procuratuꝫ fuit:
vt talis titulus ſuper caput eius poneretur:
vt per hoc iudei agnoſcerent: quoniam nec ēt
occidendo facere potuerunt vt eum regeꝫ nō
haberent. per mortis enim patibuluꝫ nō ami
ſit imperiuꝫ: ſed potius corroborauit. ORI
GE. Et princeps quidem ſacerdotum ſꝫ lit
teram legis portabat in capite ſuo ſanctifica-
tionem domini ſcriptam. Verus autem prin
ceps ſacerdotum: ⁊ rex ieſus in cruce quideꝫ
habet ſcriptum: Hic eſt rex iudeorum. Aſcē
dens autem ad patrem pro litteris: ⁊ pro no-
mine quo nominatur habet ipſum patrem.
RABA. Quia enim rex ſimul ⁊ ſacerdos
eſt: cum ſue carnis hoſtiaꝫ in altari crucis of
ferret: regis quoqꝫ dignitatem titulus preten
dit qui non infra: ſed ſupra crucem ponitur:
quia licet ī cruce pro nobis hominis infirmi
tate dolebat: ſuper crucem tamen regis maie
ſtas fulgebat: quam per cruceꝫ non perdidit:
ſed potius confirmauit. Sequitur: Tunc cru
cifixi ſunt cum eo duo latrones: vnus a dex-
tris: ⁊ vnus a ſiniſtris. HIERO. Sicut
enim pro nobis maledictum crucis factus eſt
chriſtus: ſic pro omnium ſalute inter noxios
quaſi noxius crucifigitur. LEO papa. ī ſer.
de paſ. do. Duo auteꝫ latrones vnus ad dex
teram ⁊ alius ad ſiniſtram crucifiguntur: vt ī
ipſa patibuli ſpecie monſtraretur illa que ī iu
dicio ipſius omnium hominum eſt facienda
diſcretio. Paſſio igitur chriſti ſalutis noſtre
continet ſacramentum: ⁊ de inſtrumento qđ
iniquitas iudeorum parauit ad penam: poten
tia redemptoris gradum fecit ad gloriam.
HYLA. Vel aliter: Duo latrones leue ac
dextre affiguntur: omnem humani generis
vniuerſitatem vocari ad ſacramentum paſſio
nis domini oſtendentes. ſed quia per diuerſi
tatem fidelium ac infidelium fit omnium ſm
dextram ſiniſtrāqꝫ diuiſio vnus ex duobꝰ ad
dexteram eius ſitus: fidei iuſtificatione ſalua
tur. REMI. Vel per iſtos duos latrones
deſignantur omnes: qui artioris vite conti-
nentiam apprehendunt. quicunqꝫ enim ſola
intenſione placendi deo hoc faciunt: deſignā
tur per illum: qui a dextris dei crucifixus eſt:
qui vero pro appetitu humane laudis: vel ali
qua minus digna intentione: deſignantur ꝑ
illum qui a ſiniſtris crucifixus eſt.
¶ Pretereuntes autem blaſphema

bant eum: mouentes capita ſua ⁊ dicē
tes: Uah qui deſtruis templum dei: ⁊ et
i triduo illud reedificas. Salua temet
ipſuȝ. ſi filius dei es: deſcende de cruce.
Similiter ⁊ principes ſacerdotum illu
dentes cuȝ ſcribis ⁊ ſenioribus dicebāt:
Alios ſaluos fecit: ſeipſum non poteſt
ſaluum facere. Si rex iſrael eſt: deſcen
dat nunc de cruce ⁊ credimus ei. Con
fidit in deo: liberet nunc eum ſi vult.
Dixit enim: quia filius dei ſum. Idip
ſum autē ⁊ latrones qui crucifixi erāt
cum eo improperabant ei.

CHRY. in ho. Cum chriſtum denudaſ/
ſent ⁊ crucifixiſſent: vltra ꝓcedūt: ⁊ in cruce
videntes affixum exprobrāt ei. vnde dicitur:
Pretereuntes aūt blaſphemabāt eū mouen/
tes capita ſua. HIERO. Blaſphemabāt
ꝗdem q: pretergrediebant viā: ⁊ in vero itine
re ſcripturarū ambulare nolebāt. Mouebāt
aūt capita ſua: q: iā ante mouerāt pedes: ⁊ nō
ſtabāt ſupra petrā. Ad ipſum aūt inſultās di
cit fatuus populus quod falſi teſtes cōfinxe/
rant. vnde ſequitur: Et dicentes: Vach q de
ſtruis templum dei: ⁊ in triduo illud reedifi/
cas. REMI. Vach interiectio eſt inſultan
tis ſiue irridentis. HYLA. Quid ergo ve
nie erit cum poſt triduum reedificatum tem/
plum dei in corporis reſurrectione cernetur.
CHRY. in ho. Vt quaſi prioribus ſignis
incipientes detrahere ſubiungunt: Salua te/
metipſum. ſi filius dei es: deſcende de cruce.
CHRY. in ſer. de paſſione. Sed econtra
rio quia filius dei eſt: ideo non deſcendit de
cruce: nam ideo venit: vt crucifigeretur ꝑ no
bis. Sequitur. Similiter ⁊ principes ſacer/
dotum illudentes cuȝ ſcribis ⁊ ſenioribus di
cebant: Alios ſaluos fecit ſeipſum nō pōt ſal
uum facere. HIERO. Etiā nolentes ſcri
be ⁊ phariſei confitentur ꝙ alios ſaluos fece
rit. Itaqȝ veſtra vos cōdēnat ſententia q eniȝ
alios ſaluos fecit: vtiqȝ ſi vellet ſeipſum ſal/
uare poterat. Sequitur. Si rex iſrael eſt de/
ſcēdat nūc de cruce ⁊ credimꝰ ei. CHRY.
in ſer de paſſione domini. Conſidera autem
nunc vocem filiorum diaboli quomodo imi/
tantur vocem paternam. Diabolus enim di/
cebat: Mitte te deorſum ſi filius dei es: ⁊ iu/
dei dicunt: Si filius dei es: deſcēde d̄ cruce.
LEO papa: De quo erroris fonte iudei te
lium blaſphemiaruȝ venena potaſtis? Quis
vobis magiſter tradidit? que doctrina perſua
ſit: ꝙ illum regem iſrael: illum dei filiuȝ cre/
dere deberetis qui ſe aut crucifigi nō fineret:
aut a confixione clauorum liberum corpus ex
cuteret? Non hec vobis legis myſteria: aut ꝓ
phetarum ora cecinerunt. Sed illud vere le/
giſtis: Faciem meam non auerti a confuſio/
ne ſputorum. Et iterum: Foderunt manꝰ me
as ⁊ pedes meos: dinumerauerunt oīa oſſa
mea. Nunquid legiſtis dominus deſcendit
de cruce? ſed legiſtis dominus regnauit a li/
gno. RABA. Si autem tunc de cruce ſur
geret inſultantibus cedens: virtutem nobis
patientie nō demōſtraret: ſed expectauit; pau
lulum: irriſionem ſuſtinuit: qui de cruce ſur/
gere noluit: de ſepulchro reſurrexit. HIE/
RO. Fraudulenta autem eſt promiſſio cuȝ
addunt: Et credimus ei. Quid eniȝ plus de
cruce adhuc viuentem deſcendere: an de ſe/
pulchro mortuum reſurgere? Reſurrexit: ⁊
non crediditis: ergo etiam ſi de cruce deſcen
deret non crederetis. Sed mihi videtur hoc
demones immittere. ſtatim enim vt crucifixꝰ
eſt dominus: ſenſerunt virtutem crucis: ⁊ in
tellexerūt fractas vires ſuas eſſe: ⁊ hoc agūt
vt de cruce deſcendat. Sed dominus ſciens
aduerſariorum inſidias permanet in patibu/
lo: vt diabolum deſtruat. Sequitur: Confi/
dit in deo: liberet eum ſi vult. CHRY.
in ho. O inquinati valde. Nunquid prophe
te: ⁊ iuſti non erant quia eos non eripuit a pe
riculis deus? Si autem illorum glorie non
obfuit: ꝙ eis pericula induxiſtis: multo ma/
gis in iſto non oportebat vos ſcādalizari per
ea que patitur: quia ſemper per ea que dixit:
hāc veſtram remouit ſuſpitionem. ſequitur:
Dixit enim: quia filius dei ſum. Per quod
oſtendere volebant eum pati ob ſeductoris
⁊ erronei cauſam: ⁊ ſicut ſuperbum ⁊ vane
glorianteem in his que dicebat. Sic er/
go non ſolum iudei ⁊ milites deſubtus eum
deridebant: ſed ⁊ deſuper latrones cum eo

crucifixi. vnde ſequitur. Idipſum aūt ⁊ latrones q̄ crucifixi erāt cū eo īproperabant ei.

AVGV. de cōſen. euāgeliſtaꝝ. Poteſt āt putari lucas repugnare ei quod hic dicitur: q dicit q̄ vn⁹ de latronib⁹ blaſphemabat eum quem alter increpabat: niſi intelligam⁹ mattheū breuiter reſtringentem hunc locū pluralem numeꝝ pro ſingulari poſuiſſe: ſicut in epiſtola ad hebreos legim⁹ pluraliter dictū: clauſerunt ora leonū: cū ſolus daniel ſignificari itelligitur. Quid autem vſitati⁹ q̄ꝫ vt aliquis dicat: En ruſtici mihi inſultant: etiam ſi vnus inſultet. Eſſet autem contrariuꝫ ſi mattheus dixiſſet ambos latrones cōuiciatos domino. Cuꝫ vero dictum eſt latrones: nec additum eſt ambo: potuit vſitato locutiōis modo per pluralem numerum ſignificari.

HIERO. Vel pōt dici q̄ primuꝫ vterqꝫ ſcilicet blaſphemauerit: deinde ſole fugiente: terre cōmota: ſaxiſqꝫ diruptis ⁊ ingruentibus tenebris vnus crediderit in ieſum: ⁊ priorem negationem ſequēti cōfeſſione emēdauerit. CHRY. in ho. Vt enim non exiſtimes ex quadam conuenientia id geſtū fuiſſe neqꝫ latronē fuiſſe: q latro videbatꝫ a ꝯtumelia oñdit tibi qm̄ ēt ī cruce poſit⁹ latro erat ⁊ inimicus: ⁊ repente transmutatus eſt.

HYLA. Q̄d aūt latrones ambo conditionem ei paſſionis exprobrant: vniuerſis etiā fidelibus ſcandalum crucis futurum eſſe ſignificat. HIERO. Vel in duobus latronibus vterqꝫ populus gentiliū ⁊ iudeorum primo dominum blaſphemauit: poſtea ſignorum multitudine alter exterritus egit penitentiam ⁊ vſqꝫ hodie iudeos increpat blaſphemātes. ORIGE. Sed ⁊ latro qui ſaluatus eſt poteſt eſſe myſterium eorum: q poſt multas iniquitates crediderunt in chriſtum.

¶ A ſexta autem hora tenebre facte ſunt ſuper vniuerſam terram: vſqꝫ ad horam nonam. Et circa horam nonā clamauit ieſus voce magna dicēs: Heli heli: lamazabathani. Hoc eſt: Deus meus: deus meus: vt quid dereliquiſti me? Quidam autem illic ſtantes ⁊ audientes dicebant: Heliam vocat iſte. Et continuo currens vnus ex cis acceptam ſpongiam impleuit aceto: ⁊ impoſuit harundini: ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant: Sine: videamus an veniat helias liberans eū. Ieſus autē iterū clamās voce magna emiſit ſpiritū.

CHRY. in ſermone de paſſione. Nō poterat ferre creatura iniuriam creatoris: vnde ſol retraxit radios ſuos: ne videret impioꝝ facinora. Et ideo dicitur: A ſexta autem hora tenebre facte ſunt ſuper vniuerſam terraꝫ vſque ad horam nonam. ORIGE. Ab hoc textu quidam calumniantur euangelicaꝫ veritatem. Defectio enim ſolis a ſeculo ſemper fuit in ſuo tempore facta. Sed defectio ſolis que ſm̄ conſuetudinem temporum ita currentium fieri ſolet: non in alio tempore fit niſi in cōuentu ſolis ⁊ lune quando luna ſubtus currens: ſolis impedit radios occurrentis ei. In tempore autem quo paſſus eſt chriſtus: manifeſtum eſt quoniam conuentus nō erat lune ad ſolem: quoniam tempus erat paſchale quod conſuetudinis eſt agere quando luna plena eſt. quidam autem credentiuꝫ volentes defenſionem aliquam inducere contra hoc dixerunt: quoniam illa defectio ſolis cōuenienter ſecūdū cetera prodigia noua: cōtra conſuetudinem facta eſt. DIO. in epiſtola ad policarpum. Inopinabiliter eni ſoli lunam incidentem videbamus. non enim erat conuentus temporis: ⁊ rurſus ipſam a nona hora vſque ad veſperam ad dyametrum ſolis ſupernaturaliter reſtitutam. Eclypſim etiam ipſam ex oriente vidimus inchoatam: ⁊ vſque ad ſolarem terminum venientem poſtea regredientem: ⁊ rurſus non ex eodem ⁊ defectum ⁊ repugnationem: ſed econtrario ſm̄ diametrum factā. CHRY. in homi. Tribus etiam horis tenebre permanſerunt: cum eclypſis in momento tranſeat. nō enim habet moram vt ſciunt illi qui cōſiderauerūt.

ORIGE. Sed aduerſus hoc filij huius ſeculi dicunt. Quomodo hoc factum taꝫ mirabile nemo grecorum: aut barbaroꝝ ſcripſit eorū qui notauerunt: ſi q̄d tale nouū factū eſt aliqn̄? Et phlegon q̄de in chronicis ſuis ſcripſit: in principatu tyberij ceſaris ſcum: ſꝫ

non ſignauit in luna plena. Arbitror ergo ſi
cut cetera ſigna que facta ſunt in paſſione ip
ſius: ſcilicet velum ſciſſum: ⁊ terra tremuit: ⁊
cetera in hieruſalē tātūmō facta ſūt. Aut ſi la
tius voluerit quis extendere ad terrā iudeā:
ſicut in tertio libro regum dixit abdias ad he
liā: Viuit deus tuus: ſi eſt gens aut regnū:
vbi non miſit dñs meus querere te: oſtēdēs
quoniā ſatis eū in gentibus queſierat circa
iudeam. Eſt autem conſequēns intelligere
quaſdam tenebroſiſſimas nubes ⁊ multas ⁊
magnas concurriſſe ſuper hieruſalē: ⁊ terrā
iudee. ⁊ ideo facte ſunt tenebre profunde a
ſexta hora vſqꝫ ad nonam. Due enim crea/
ture in ſexta die facte fuiſſe intelliguntur: an
te ſextam quidem animalia: i ſexta autē ho/
mo. ⁊ ideo conueniebat pro ſalute hominis
morientem in hora ſexta ſuſpendi: ⁊ a ſexta
hora propter hoc tenebras fuiſſe factas ſuꝑ
omnē terram vſqꝫ ad nonam. Et ſicut moy
ſe manus extendente in celum: facte ſunt te/
nebre ſuper egyptios: ſeruos dei tenentes i
ſeruitute: ſimiliter ⁊ chriſto in ſexta hora ma/
nus extendente in cruce ad celum ſuper po/
pulum qui clamauerat. Crucifige eū: facte
ſunt tenebre: ⁊ ab omni lumine ſunt priuati:
in ſignum futurarum tenebrarum: que com/
prehenſure erant gentem iudeam. Item ſub
moyſe facte ſunt tenebre ſuper omnem terrā
egypti tribus diebus: omnibus autē filijs iſ
rael erat lumen. Sub chriſto autem facte ſūt
tenebre ſuper omnē iudeam tribꝰ horis: quo
niam propter peccata ſua priuati ſunt a lumi
ne dei patris ⁊ a ſplendore chriſti: ⁊ ab illu/
minatione ſpiritusſancti. Lumen autem fuit
ſuper oēm reliquā terrā: quod vbiqꝫ illumi/
nat oēm eccleſiā dei in chriſto. Et ſi vſqꝫ ad
horam nonā tenebre facte fuerunt ſuper iude
am: manifeſtū eſt quoniam iterum eis lumē
refulſit: qꝛ cum plenitudo gentiū intrauerit:
tunc omnis iſrael ſaluus fiet. CHRY. in
homi. Vel aliter. hoc admirandum erat: ꝙ i
oēm terrā tenebre ſunt facte: quod nunquā
prius contingerat. In egypto eni ſolum tene
bre facte ſunt: quando paſca perficiēdū erat.
que enim tunc agebātur: horū typus erant.
Et intuere ꝙ fiunt tenebre in media die qñ
vbiqꝫ terrarū dies erat: vt oēs qui habitabāt
terram: hoc miraculum cognoſcerent. Hoc
autem ē ſignum quod petentibus promitte/
bat dare dicens. Generatio praua ⁊ adulte/
ra ſignum querit: ⁊ ſignum non dabitur ei:
niſi ſignū ione prophete crucem ſignans ⁊ re
ſurrectionē. Et enim multo mirabilius eſt i
eo qui crucifixus erat hoc fieri: qꝫ ambulante
eo ſuper terram. Hoc autem ſufficiens erat
eos conuertere: non ſolū magnitudine mira/
culi: ſed quia hoc geſtum eſt poſtquā oia lo
cuti fuerant: que voluerant: ⁊ ſatietatē accepe
rant contumeliarū. Qualiter aūt non admira
ti ſunt vniuerſi neqꝫ eſtimauerunt eum eſſe
deum? quia ſcilicet hoīum genus tūc multa
malitia ⁊ deſidia detinebatur: ⁊ hoc miracu/
lum factum confeſtim tranſijt ⁊ non nouerāt
que eſſet cauſa eius quod gerebatur. Et
propter hoc ipſe poſtea loquitur vt oſtendat
ſe viuere: ⁊ ꝙ ipſe hoc miraculū fecit. vñ ſeq
tur. Et circa horā nonā clamauit ieſus voce
magna dicens: Heli: heli: lamazabathani:
Hoc eſt: Deus meus: deus meus: vt quid
dereliquiſti me? HIERO. Principio vi
ceſimi primi pſalmi vſus eſt. Illud xpo qđ
eſt i medio verſiculi. Reſpice i me: ſuperflu
um eſt. legitur eni in hebreo. Deꝰ meus de
us meus: quare me dereliquiſti? Ergo ipij
ſunt: qui pſalmū ex perſona dauid ſiue he/
ſter ⁊ mardochei dictum putant: cum etiam
euangeliſte teſtimonio ex eo ſumpta ſuꝑ ſal/
uatore intelligantur: vt eſt illud: Diuiſerunt
ſibi veſtimenta mea: ⁊ foderunt manus me/
as. CHRY. in homelia. Ideo aūt emiſit
propheticam vocem: vt vſqꝫ ad vltimā ho/
ram teſtimonium perhibeat veteri teſtamē/
to: ⁊ vt videant quoniam honorat patrem ⁊
non eſt deo contrarius: ⁊ ideo hebraicā vo
cem emiſit: vt eis fieret cognita ⁊ manifeſta.
ORIGE. Requirendū ē aūt: quid ē ꝙ a
deo derelictus eſt: chriſtus. Et quidā qꝛ non
poſſunt exponere: derelinqui chriſtū a deo:
dicunt ꝙ per humilitatem dictum eſt. Sꝫ ma
nifeſte intelligere poteris quid ſit quod di/
cit: faciens cōparationem glorie illiꝰ quam
habuit apud patrē: ad cōfuſionē quam contē
nens ſuſtinuit crucem. HYLA. Per hec
autem verba ingenia contendunt heretica:
ꝙ aut defeciſſe omnino deum verbum i ani/
mā corporis volunt: dū corpus officio anime
viuificat: aut omnino nec fuerit chriſtus ho/

mo natus: qꝛ in eo dei verbum modo ſpirit⁹
habitauerit prophetalis: quaſi ieſus chriſtus
anime ſolum ⁊ corporis homo cõmunis. hoc
habet ſui exordium: quo eſſe cepit homo: q
nunc a dei verbo contracta rurſum protectio
ne deſertus clamet: Deus meus: quare me
dereliquiſti? Vel certe in anima verbi natu
ra mutata paterno chriſtus in oībus vſus au
xilio: nunc inops eius mortiqꝫ permiſſus ſo
litudinem ſuã cõqueratur: relinquentẽqꝫ ſe
arguat. Sed inter has impias infirmas/
qꝫ ſententias eccleſie fides imbuta apoſtoli/
cis doctrinis non patitur ieſum chriſtum ne
filius dei: non ⁊ filius hominis intelligatur:
nam querela derelicti morientis infirmitas
eſt. promiſſio autem paradiſi viuentis dei re
gnum eſt. Habes in conquerente ad mortẽ
relictum ſe eſſe: qꝛ homo eſt. Habes eũ qui
moritur profitentẽ ſe in paradiſo regnare: qꝛ
deus eſt. Non ergo mireris verborum hu/
militatem ⁊ querimonias derelicti: cum for/
mã ſerui ſciens: ſcãdalum crucis videas.
GIO. Dicitur ãt deus eũ deſeruiſſe ĩ mor
te: qꝛ poteſtati perſequentium eum expoſuit:
ſubtraxit enim protectionem: ſed non ſoluit
vnionem. ORIGE. Poſtqꝫ autem vi/
dit ſuper omnem terram iudeã tenebras: h
dixit oſtendere volens: Dereliquiſti me pa/
ter. ideſt talibus exinanitum calamitatibus
tradidiſti: vt populus qui fuerat apud te ho/
noratus recipiat que in me auſus eſt: vt pri/
uetur a lumine tue proſpectionis: ſed ⁊ pro
ſalute gentium dereliquiſti me. Quid autem
tam bonum fecerunt: qui ex gentibus credi/
derunt: vt precioſo ſanguine ſuper terrã ef/
fuſo pro eis emerẽ eos a maligno? Aut qd
tale dignum facturi ſunt homines: pro qui/
bus patior iſta? Forſitã autem ⁊ videns pec
cata hominum pro quibus patiebatur dixit:
Quare me dereliquiſti? vt fierem quaſi qui
colligit ſtipulam in meſſe: ⁊ racemos ĩ vin/
demia. Non autem eſtimes hũano more ſal/
uatorem iſta dixiſſe propter calamitatem que
comprehenderat eum in cruce. Si enim ita
acceperis: non audies magnã vocem eius q̄
oſtendit aliquid eſſe magnũ abſconditũ.
RABA. Vel ſaluator hoc dixit: noſtros
circũferens motus. qui in periculis poſiti a
deo deſeri nos putamus. Humana enĩ na/
tura propter peccatum a deo fuerat derelicta
ſed qꝛ filius dei factus eſt noſter aduocatus:
quorũ ſuſcepit culpam. deplorat miſeriam:
ĩ quo oſñdit quantũ flere debeãt q peccãt: qñ
ſic fleuit q nũqꝫ peccauit. Sequitur: Quidã
aũt illic ſtantes ⁊ audientes dicebãt: Helyã
vocat iſte. HIERO. Non omnes: ſed q
dam quos arbitror milites fuiſſe romanos:
non intelligentes hebraici ſermonis proprie
tatem: ſed ex eo quod dixit: Hely hely: Pu
tant helyam ab eo inuocatum. Sin autem iu
deos qui hoc dixerit intelligere voluerim⁹:
hoc more ſibi ſolito feciſſe: vt dñm imbecilli/
tatis infamẽt: qui helye auxiliũ deprecẽt. Se
quitur: Et continuo currens vn⁹ ex eis: acce
ptam ſpongiam ĩpleuit aceto ⁊ impoſuit arũ
dini: ⁊ dabat ei bibere. AVGV. in
ſer. de paſſione: Sic ergo propinator fon
tium potatur aceto: mellis dator cibatur fel/
le: flagellatur remiſſio: condemnatur venia:
illuditur maieſtas: ridetur virtus: profundi
tur largitor imbriũ ſputis. HYLA. Eſt au
tem acetum vinum quod per vitium aut in/
curie aut vaſis aceſcit: vinum autem eſt ho/
nor immortalitatis aut virtus. Cum igitur i
adam coaceuiſſet: ipſe accepit ⁊ potauit ex gẽ
tibus. In calamo enim ⁊ ſpongia vt potaret
offertur. i. ex corporibus gentium in ſe ad cõ
munionem immortalitatis ea que in nobis
erant vitiata transfudit. REMI. Vel ali
ter: Judei acetum erant degenerantes a vio
patriarcharum ⁊ prophetaruꝫ: habebãt frau
dulenta corda: quaſi ſpongiã cauernoſis at/
qꝫ tortuoſis latibulis. per arundinem deſi/
gnatur ſacra ſcriptura: que in hoc facto iple
batur. ſicut enim lingua hebrea vel greca di/
citur loquela que fit per linguam: ſic ⁊ arun
do dici poſſet littera vel ſcriptura que in hoc
facto implebatur: que fit per arundinem.
ORIGE. Et forſitã quicũqꝫ ſm doctri/
nam eccleſiaſticam ſapiunt: viuunt ãt male:
dant ei vinum bibere felle permixtum. Qui
aũt alienas a veritate ſententias applicãt chri
ſto: quaſi eas dicenti: hi ſpongiam iplentes
aceto imponunt calamo ſcripture: ⁊ offerũt
ori eius. Sequitur: Ceteri vero dicebãt: Si
ne: videamus an veniat helyas liberans eũ.

RABA. Quia enim milites praue ſonuꝫ
vocis dominice intelligebant: ideo inaniter
aduētū helye expectabant. Deū ergo quē ſal
uatoꝛ hebꝛaico ſermone inuocabat: inſepara/
biliter ſemper ſecum habebat. AVGV.
in ſer. de paſſione: Cum ergo nil iam chri
ſto reſtaret ex penis: mors moratur: qꝛ ſuū
eſſe ibi nil ſentit. Suſpecta eſt vetuſtati no/
uitas. Hunc primū hunc ſolum vidit homi
nem peccati neſcium: nota liberū: iuris ſui
legibus nil debentem: Accedit tamē conſe/
derata iudaico mors furoꝛi: ⁊ deſperata vite
inuadit auctorem. vnde ſequitur: Jeſus au
tē iterum clamans voce magna emiſit ſpiri/
tum. Quare autem diſplicet ſi chriſtus de ſi/
nu patris ad noſtram ſeruitutē venit: vt noſ
ſue redderet libertati: noſtram mortem ſuſce
pit: vt nos eius morte liberemur: quādo nos
deſpectu mortis mortales in deos rettulit: ter
renos celeſtibus eſtimauit. Quantum enim
diuina virtus operum contemplatione luce
bat: tantum pati pro ſubiectis: pro ſeruis mo
ri inſigne eſt charitatis immēſe. Ergo hec pri
ma cā eſt dominice paſſionis: qꝛ ſciri voluit
quātū amaret hominem deꝰ: qui plus amari
voluit quātū timeri. Secunda cauſa eſt vt ſē
tentiam mortis quā iuſte declarat: iuſtiꝰ abo
leret. Qꝛ nāqꝫ primus homo adiudicāte do/
de reatu incurreret mortem: ⁊ eam tranſmi/
ſit ad poſteros: venit de celo ſecundus homo
peccati neſcius: vt mors damnaretur: q̄ ra/
pere iuſſa reos innocentie ipſum inuadere p̄
ſumpſit auctorem: Nec mirandum eſt ſi ꝓ
nobis poſuit qđ ſuſcepit a nobis ſcilicet aīaꝫ
qui propter nos fecit tanta: ⁊ talia largitus ē
nobis. AVGV. contra felicianum: Abſit
enim a fidelibus iſta ſuſpitio: vt ſic chriſtꝰ ſē
ſerit mortem noſtram: vt quātū in ſe eſt vita
ꝑdat vitam. Nam ſi hoc ita eſſet: quomo/
do illo triduo potuiſſe dicimus aliquid viue
re: ſi vite fons dicitur aruiſſe? Senſit igitur
mortem deitas chriſti participatione huma/
na: ſiue humani affectus: quē ſponte ſuſcepe
rat: non nature ſue potentiam perdidit: per
quā cuncta viuificat. Jn morte enim noſtra
ſine dubio deſtitutum corpus vita animam
noſtram non perimit. dum diſcedens anima
non vim ſuam perdit: ſed qđ viuificauerat h̄
dimittit: ⁊ quantum in ſe eſt: alterius mortē
facit: ipſa non recipit. De ſaluatoris nūc ani
ma dicemus qui vt non dicam propter inha
bitantem diuinitatem ⁊ propter iuſticiā ſin/
gularem: certe propter communem mortem
di ſoꝛtem corpus illo triduo ſic potuit deſere
re: vt ipſa non poſſet penitus interire.
Credo enim dei filiū mortuū eſſe non ſecū/
dū penā iuſticie quā ex toto non habuit: ſed
ſm legē nature: quam pro humani generis
redemptione ſuſcepit. DAMASCE.
Et ſi tamen mortuus eſt vt homo: ⁊ ſancta
eius anima ab incontaminato diuiſa eſt cor/
pore: ſed tamē deitas inſeparabilis ab vtriſ
que permanſit: ab anima dico ⁊ corpore. Et
neque vna ita hypoſtaſis in duas diuiſa eſt.
corpus enim ⁊ anima ſicut a principio i ver
bi hypoſtaſi habuerunt exiſtentiam etiam in
morte. Neqꝫ enim anima neqꝫ corpus pro/
priam habuerunt hypoſtaſim preter hypo/
ſtaſim verbi. HIERO. Diuine autem
poteſtatis iudicium eſt emittere ſpiritum. ⁊
vt ipſe quoqꝫ dixerat. Nemo poteſt tollere
aīam meā a me: ſed ego pono eam ⁊ iterum
ſumo eam. Spiritum enim in hoc loco pro
anima intelligamus. Sed quod vitale aut
ſpirituale corpus faciat ſeu qꝛ ipſius anime
ſubſtantia ſpiritus ſit: iuxta id quod ſcri
ptum eſt. Auferes ſpiritum eorum ⁊ defici/
ent. CHRY. in ho. Propter hoc autem
⁊ voce magna clamauit: vt oſtendatur quo/
niam ſm eius poteſtatem id geritur. Per
hoc enim qꝛ moriens vocem emiſit magnā:
apertiſſime ſe verum deum eſſe oſtēdit: quo
niam homines cum moriuntur: vix tenuem
vocem emittere poſſunt. AVGV. de cō.
euan. Quid autem voce magna dixerit: lu/
cas declarauit: dixit enim Et clamans ieſus
voce magna ait: Pater in manus tuas cō/
mendo ſpiritum meum. HYLA. Ut ſpi
ritum cum clamore magne vocis emiſit: do/
lens non ſe omnia peccata portare.

¶ Et ecce velum templi ſciſſum eſt
in duas partes: a ſummo vſque deoꝛ
ſum: Et terra mota eſt: ⁊ petre ſciſſe
ſunt: ⁊ monumēta aperta ſunt: ⁊ mul
ta corpora ſanctorum qui dormierant
ſurrexerunt. Et exeūtes de monumē

tis poſt reſurrectionem eius venerunt in ſanctam ciuitatem ⁊ apparuerūt multis. Centurio autem ⁊ qui cum eo erāt cuſtodientes ieſum: viſo terremotu ⁊ hiſ que fiebant timuerunt valde dicentes. Vere filius dei erat iſte. Erant autem ibi mulieres multe a lōge: que ſecute erant ieſum a galilea miniſtrantes ei: inter quas erat maria magdalene: ⁊ maria iacobi: ⁊ ioſeph mater: ⁊ mater filiorum zebedei.

ORIGE. Magna facta ſunt ex eo ꝙ magna voce clamauit ieſus. vnde ſeqtur: Et ecce velū templi ſciſſum eſt in duas partes a ſūmo vſq₃ deorſum. AVGV. de concor. euange. In quo ſatis oſtendit tunc eſſe ſciſſum cū emiſit ſpiritū. Si autem non addidiſſet: Et ecce ſimpliciter dixiſſet: Et velū tēpli ſciſſū eſt. incertū eſſet vtrū ipſe ⁊ marcus hoc recapitulando cōmemoraſſet: lucas aūt ordinem tenuiſſet: qui cū dixiſſet: Sol obſcuratus eſt. continuo ſubiungendū eſtimauit: Et velum templi ſciſſum eſt: An lucas recapitulaſſet: quod illi ordine poſuiſſet. ORIGE. Duo aūt fuiſſe vela intelliguntur: vnu₃ quod velat ſancta ſanctorum: aliud exteri⁹ ſiue tabernaculi ſiue templi. In paſſione ergo domini ſaluatoris: velū quod erat a foris conſciſſum eſt a ſurſu₃ vſq₃ deorſū: vt ab initio mundi vſq₃ ad finē cōſciſſo velamie: myſteria publicātur: q̄ vſq₃ ad aduentū domini rationabiliter fuerūt occulta. Cū aūt venerit quod perfectū eſt: tūc auferet̄ ēt ſecūdū velu₃ vt videamus ēt que interius ſunt occulta: ſ. verā arcā teſtamēti. ⁊ ſicut ipſa ſe h₃ natura videam⁹ cherubin ⁊ alia. HYLA. Vel iō velū templi ſcinditur: quia exinde popul⁹ eſt diuiſus i partes: ⁊ veli honor cum cuſtodia angeli protegentis aufertur. LEO papa i ſermone de paſſione. Eſt autē ad teſtimonium veneranda paſſionis ſufficiens ſignū elementorum iordinata turbatio. vnde ſeqtur. Et terra mota ē: ⁊ petre ſciſſe ſunt: ⁊ monumenta aperta ſunt. HIERO. Nulli eni₃ dubiū eſt quid ſignificet iuxta litterā magnitudo ſignorū: vt crucifixum dominum ſuum ⁊ celum ⁊ terra omnia demonſtrarēt. HYLA. Mouetur terra: q2 capax hui⁹ mortui eſſe non poterat: petre ſciſſe ſunt: oīa eni valida ⁊ fortia penetrans dei verbū ⁊ ptās eterne virtutis irruperat: Et monumenta aperta ſunt: erāt enim mortis clauſura reſerata. Sequitur: Et multa cor. ſanc. q dormi. ſur. Illuminās enim mortis tenebras: ⁊ infernorum obſcura colluſtrās: mortis ſpolia detrahebat. CHRY. in ho. Ipſo quidē i cruce manente eū irridētes dicebāt. Alios ſaluos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum facere: ⁊ quod in ſe facere noluit: in ſeruorum corporibus cum multa ſuperabundantia demonſtrauit. Si enim quatriduanum lazarū exurgere magni fuit: multomagis eos repente: qui olim dormierant apparere viuentes: qđ future reſurrectionis erat indicium: vt autē non putaretur eſſe phātaſma quod factu₃ ē: euangeliſta ſubiungit: Et exeū. de monu. p⁹ reſurre. eius ve. in ſan. ciui. ⁊ appa: mul. HIERO. Quomodo aūt lazarus mortuus reſurrexit: ⁊ ſic multa corpora ſanctorum reſurrexerūt: vt dominum oſtenderent reſurgentem: ⁊ tamē cū monumenta aperta ſūt: non ante reſurrexerunt: q₃ reſurgeret dominus vt eſſet primogenitus reſurrectionis ex mortuis: ſanctā aūt ciuitatē in qua viſi ſunt reſurgētes: aut hieruſalem celeſtem intelligamus: aut hāc terrenā que ante ſcā fuerat: ſcā. n. appellabatur ciuitas hieruſale₃ pp tēplū ⁊ ſcā ſcōrum: ⁊ ob diſtinctionem aliaru₃ vrbium: in quibus ydola colebantur. Quando vero dicitur: Apparu. multis. oſtēditur: non generalis fuiſſe reſurrectio que omnib⁹ appareret: ſed ſpecialis ad plurimos: vt hi viderent: qui cernere merebantur: REMI Queret autem aliquis quid de illis factū ſit qui reſurgente domino ſurrexerunt? Credēdū quippe ē quoniā iō ſurrexerunt: vt teſtes eēnt dñice reſurrectiōis: Quidā aūt dixerūt ꝙ iterū mortui ſunt: ⁊ i cinerē cōuerſi: ſicut ⁊ lazarus ⁊ ceteri quos domin⁹ reſuſcitauit. S₃ iſtoꝝ dictis nullo mō ē fides accōmodāda: qm̄ mai⁹ illis eēt tormētū q ſurrexerūt ſi iteꝝ mortui eēnt: q₃ ſi nō reſurgerēt. Incūctāter ḡ credere debem⁹: q2 q reſurgēte dño a mortuis reſurrexerūt: aſcēdēte eo ad celos ⁊ ipſi pariter aſcēderūt. ORIGE. Sp āt h eadē magna q̄tidie fiūt: velū. n. templi ad reuelandū que intus habet̄ ſcidit̄ ſcis.

Terra etiā mouetur.i.omnis caro nouo v/
bo ⁊ nouis rebus ſm̄ nouū teſtamentū. Pe
tre aūt ſcindunt̄: q2 myſterium fuerunt pro/
phetar: vt in profūdis eor poſita ſpiritualia
myſteria videamus. Monumēta aūt dicun/
tur corpora peccatricū animar.i.mortuarum
deo: cū aūt per gratiā dei aīe huiuſmodi fue
rint ſuſcitate: corpora eor que prius fuerūt
monumenta: fiunt corpora ſanctorū: ⁊ vidē
tur a ſeipſis exire: ⁊ ſequūtur eum qui reſur/
rexit: ⁊ in nouitate vite ambulāt cū eo. Et q
digni ſunt habere cōuerſationem in celis in/
grediuntur in ſanctā ciuitatē per ſingula tem
pora ⁊ apparent multis videntibus opa bo/
na ipſor. Sequitur. Centurio autē ⁊ q cum
eo er.cuſ.ie. viſo terremotu ⁊ his que fie.ti.
val.di.ve.fi.dei er.iſte. AVGV. de cō.
euan. Non eſt cōtrariū q matheus viſo ter
remotu dicit admiratū centurionē ⁊ eos qui
cum eo erant: cū lucas dicat hoc admiratum:
q emiſſa magna voce expiraſſet. In eo enim
q matheus nō ſolū dixit. Viſo terremotu:
ſed etiam addidit: His que fiebant itegrum
locum fuiſſe demonſtrauit luce: vt diceret cē
turionē: ipſam domini mortē fuiſſe miratū:
q2 ⁊ hoc inter illa ē que tunc mirabiliter fac/
ta erant. HIERO. Ex hoc cōſiderandū
q centurio in ipſo ſcandalo paſſionis ve dei
filium cōfiteatur: ⁊ arrius in eccleſia predicet
creaturā. RABA. Hīi merito p cēturionē
fides eccleſie deſignatur: que vero myſterio/
rū celeſtium per mortem domini reſerato:
continuo ieſum ⁊ vere iuſtum hominē ⁊ ve/
re dei filium ſynagoga tacente confirmat.
LEO pa.i ſer. de paſ. Exemplo igitur cē/
turionis contremiſcat in redēptoris ſui ſup
plicio terrena ſubſtātia: rūpātur infideliū mē
tium petre: ⁊ qui mortalitatis grauabātur ſe
pulchris: diſcuſſa obſtaculorum mora proſi/
liant: appareant nunc quoq3 in ciuitate ſancta
ideſt eccleſia dei future reſurrectionis indicia
⁊ quod credendum eſt in corporibus: fiat in
cordibus. Sequitur. Erant autem ibi muli.
mul.a lon. que ſecute erant ie.a gali.mi.ei.
HIERO. Conſuetudinis enim iudaice
fuit: nec ducebatur in culpam more gentis
antique: vt mulieres de ſubſtantia ſua victū
atq3 veſtitum preceptoribus miniſtrarent. H:
quia ſcandalum facere poterat in gentibus:
paulus abieciſſe ſe memorat. Miniſtrabant
aūt domino de ſubſtantia ſua: vt meteret il
larum carnalia cuius ille metebāt ſpiritualia:
non q2 indigebat cibis dominus creaturarū:
ſed vt typū oſtenderet magiſtror: q2 victu
atq3 veſtitu ex diſcipulis deberent eſſe contē
ti. Sed videamus quales comites habuerīt.
Sequitur eni Inter quas erat maria mag.
⁊ ma.iaco.⁊ ioſeph mater ⁊ mater filiorum
zebedei. ORIGE. Apud marcū autē ter
tia illa ſalome appellatur. CHRY. in
ho. He autem mulieres conſiderabant que
gerebantur: que maxime erant compaſſibi/
les: ⁊ que ſequebantur miniſtrantes vſq3 ad
pericula affuerunt: maximā fortitudinē oſtē/
dentes: q2 cum diſcipuli fugerunt: ipſe affue
runt. HIERO. cōtra heluidium. Ecce in
quit heluidius Jacobꝰ ⁊ ioſeph ſūt filij Ma
rie matris domini: quos iudei appellauerūt
fratres chriſti. Dicit autem iacobi minoris
ad diſtinctionem iacobi maioris: qui erat fi
lius zebedei. Impiū enim dicit eſſe heluidiꝰ
hoc ſentire de maria: vt cum alie femine ibi
fuerint: matrem eius abeſſe dicamus. aut al/
teram eſſe mariam neſcio quā cōfingamus:
preſertim cum euangelium ioannis teſtetur
eam illic fuiſſe preſentem. O furor cecus ⁊
in proprium exitium mens veſana: audi qd
ioannes euā. dicat. Stabant iuxta crucem ie
ſu mater eius ⁊ ſoror matris eius: maria cleo
phe: ⁊ maria magdalene. Nulli dubium eſt
duos fuiſſe apoſtolos iacobi nūcupatos vo/
cabulo: iacobum zebedei: ⁊ iacobum alphei.
Iſte āt neſcio quis minor iacobus quem ma/
rie filium ſcriptura cōmemorat. Si apoſtolꝰ
ē alphei filius erit. ſi nō eſt apoſtolus: ſ3 ter/
tius neſcio qs iacobꝰ quō putādus ē frater
dn̄i: ⁊ quō tertius ad diſtictionē maioris mi/
nor appellabitur: cū maior ⁊ minor nō inter
tres: ſed inter duos ſoleant prebere diſtan/
tiam: ⁊ frater domini apoſtolus ſit: paulo di
cente. Alium apoſtolorum vidi neminē: ni
ſi iacobum fratrem domini. Ne autem hūc
iacobum putes filium zebedei: lege actꝰ apo
ſtolorū: iam ab herode fuerat interemptus.
Reſtat concluſio: vt maria iſta que iacobi mi
noris ſcribitur mater: fuerit vxor alphei: ⁊ ſo
ror marie matris domini: quā mariā cleo/
phe ioannes euā. cōmemorat. Si autem ide
tibi alia atq3 alia vr̄ q alibi dicat̄ maria iacobi
minoris mater: ⁊ alibi maria cleophe: diſces

ſcripture cõſuetudinẽ eundẽ hoiem diuerſis noibus appellari: ſicut raguel ſocer moyſi iethro dicit. Et ſic dicitur maria cleophe vxor alphei. hec eadẽ dicta ẽ maria mater iacobi minoris: que ſi mater eſſet domini: magis eã vt i oibus locis matrẽ alterius voluiſſet itelligi. verum ꝛ ſi alia fuerit maria cleophe: ꝛ alia maria iacobi ꝛ ioſeph mater hoc tamẽ cõſtat nõ eandem mariã iacobi ꝛ ioſeph eſſe quam matrem domini. AVGV. de cõ. euan. Poſſemꝰ aũt dicere alias mulieres a lõge: vt tres euangeliſte dicunt: ꝛ alias iuxta crucẽ fuiſſe: vt ioannes dicit: vbi mattheus ꝛ lucas mariã magdalene nomiaſſent. inter ſtãtes lõge: quã ſcilicet ioãnes noiauit iter ſtãtes iuxta crucẽ. Quõ aũt hoc itelligit: niſi q2 eo interuallo erãt. vt ꝛ iuxta dici poſſent q2 i cõſpectu eius preſto aderant: ꝛ a longe i cõparatione turbe ꝓpinquꝰ circũſtantis cũ cẽturione ꝛ militibus. Poſſumus etiam itelligere: ꝙ ille que ſimul aderant cũ matre domini: poſtq̃ eã diſcipulo cõmẽdauit: abire iam ceperãt: vt a dẽſitate turbe ſe exuerent: ꝛ cetera que facta ſunt longius intuerentur: vt euangeliſte qui poſt mortẽ domini eas commemorauerunt: ꝛ longe ſtãtes cõmemorẽt:

¶ Cũ autem ſero factum eſſet venit quidam homo diues ab arimathia: nomine ioſeph: qui ꝛ ipſe diſcipulus erat ieſu. hic acceſſit ad pilatum ꝛ petijt corpus ieſu. Tunc pilatꝰ iuſſit reddi corpus: ꝛ accepto corpore ioſeph inuoluit illud in ſyndone munda: ꝛ poſuit illud in monumento ſuo nouo: quod exciderat in petra: Et aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumenti ꝛ abijt.

Erant autem ibi maria magdalene ꝛ altera maria ſedentes contra ſepulchrum.

GLO. Poſtq̃ euangeliſta rettulerat ordinem dominice paſſionis ꝛ mortẽ: nunc agit de eius ſepultura dicens. Cum ſero autẽ factum eſſet: venit quidam homo diues ab arimathia nomine ioſeph: qui ꝛ ipſe diſcipulꝰ erat ieſu. REMI. Arimathia ãt ipſa eſt ꝛ ramatha ciuitas helcane ꝛ ſamuelis: que ſita eſt in regione chananitica iuxta dioſpolim.

Iſte autem ioſeph ſm ſeculi ſtatũ magne fuit dignitatis: ſed multo maioris meriti apud deum fuiſſe laudatur: ſiquidẽ iuſtus fuiſſe deſcribitur. Decebat quippe eum talem exiſtere qui corpꝰ domini ſepeliret: quatenus ꝑ iuſticiam meritorum dignus eſſet tali officio. HIERO. Diues aũt refertur non de iactantia ſcriptoris: quo vtrum nobilem atq3 ditiſſimũ referat ieſu fuiſſe diſcipulũ. Sed vt oſtendat cauſam quare a pylato corpꝰ chriſti potuerit impetrare. Sequitur. Hic acceſſit ad pilatum ꝛ petijt corpus ieſu. Pauperes enim ꝛ ignoti ñ eſſent auſi ad pilatũ preſidem Romane poteſtatis accedere: ꝛ crucifixi corpus impetrare. In alio ãt euangelio ioſeph iſte buleutes appellatur. i. conſiliarius: ꝛ de ipſo quidem putant primũ pſalmũ fuiſſe compoſitũ: Beatus vir qui non abijt i conſilio impiorum ꝛc. CHRY. in ho. Inſpice autem huius viri fortitudinem: in mortis enim periculum ſe tradidit inimicitias ad omnes aſſumens: propter beniuolentiam chriſti: ꝛ non ſolum audet corpus chriſti petere: ſed ꝛ ſepelire. vnde ſequitur: Et accepit corpus Ieſu ꝛ inuoluit illud in ſindone munda. HIERO. Ex ſimplici ſepultura domini ambitio diuitum condemnatur: qui nec i tumulis quidem poſſunt carere diuitijs. Poſſumus aũt iuxta intelligentiã ſpiritualem ꝛ hoc ſentire: ꝙ corpus domini nõ auro: non gẽmis: non ſeryco: ſed linteamine puro obuoluendum ſit: q̃q̃ ꝛ hoc ſignificet: ꝙ ille i ſindone munda inuoluit Ieſum: qui pura mẽte eum ſuſceperit. REMI. Vel aliter. Quia ſindon lineus pannus eſt: linum autem ex terra procreatur: ꝛ cum magno labore ad candorem producitur: deſignatur: quia corpus illius quod ex terra ideſt ex virgine ſumptum eſt: per laborem paſſionis peruenit ad candorem immortalitatis. RABA. Hinc etiam eccleſie mos obtinuit vt ſacrificium altaris non ſerico neque in pãno tincto: ſed in lino terreno celebretur: vt a beato papa ſiluestro legimus eſſe ſtatutum. Sequitur: Et po. illud in mo. ſuo no. quod exciderat in petra. AVGV. in ſer. de ſabbato ſcõ. Iõ autẽ ſaluator in aliena ſepultura ponitur: q2 ꝓ aliorum moriebat ſalute: vt qd ergo i ꝓpria ſepultura q i ſe mortẽ ꝓpriã ñ habebat: vt qd illi tumulus in terris: cuiꝰ ſedes

manebat i celis: vt qd illi ſepultura ꝓpria qui
triduũ tm̃ tꝑis ſpacio i ſepulchro nõ tã mortu/
us iacuit: q̃ȝ velut in lectulo ꝯquieuit. Sepul
chrũ aũt mortis ẽ habitaculũ: Neceſſariũ er/
go nõ erat mortis habitaculum chriſto: qꝛ vi/
ta eſt: nec opus habebat ſemꝑ viuẽs habita/
culo defunctoꝝ. HIERO. In nouo autẽ
ponitur monumẽto ne poſt reſurrectionẽ ce/
teris corporibus remanentibꝰ ſurrexiſſe aliꝰ
fingeretur: Poteſt aũt ⁊ nouũ ſepulchrum:
marie virginalẽ vterũ demõſtrare. In monu
mento aũt exciſo in petra cõditus eſt: ne ſi ex
multis lapidibus edificatũ fuiſſet ſuffoſſis tu
muli fũdamentis ablatꝰ furto diceref. AV/
GV. in ſer. de ſabbato ſcõ. Si etiã ſepul/
chrum fuiſſet in terra: dicere poterãt: ſuffode
rũt terrã ⁊ furati ſunt eũ. Si fuiſſet lapis par
uulus ſuperpoſitus: dicere poterãt: dormien
tibus nobis tulerũt eũ. vnde ſeqꝛ. Et aduol.
ſar. ma. ad oſt. monũ. ⁊ abijt. HIERO.
Saxũ .n. magnũ appoſitũ oñdit: nõ abſq; au
xilio plurimorum ſepulchrum potuiſſe reſe/
rari. HYLA. Myſtice aũt ioſeph apoſtolo
rum habet ſpẽm: hic in mũda ſidone corpus
inuoluit: ⁊ quidẽ in hoc eodẽ linteo repecimꝰ
de celo ad petrũ vniuerſorum animãtiũ gene
ra ſubmiſſa. ex quo itelligiꝛ ſub lintei illiꝰ no/
mine cõſepeliꝛ xp̃o eccleſiã. Dñi ergo corpꝰ
iferꝛ i vacuã ⁊ nouã requiẽ lapidis exciſi: qa
per apoſtolorũ doctrinã ipetꝰ duritie gentilis
quodã doctrīe opere exciſũ xp̃s iferꝛ: rude. ſ.
ac nouũ: ⁊ nullo ãtea igreſſu timore dei puiũ:
⁊ qꝛ nil ꝑter eũ oporteat i pectora noſtra pene
trare: lapis oſtio aduoluitur: vt quia nullus
antea in nos diuine cognitionis auctor fue/
rat illatus: nullus abſq; eo poſtea inferatur.
ORIGE. Nõ autem fortuito ſcriptũ ẽ:
quoniã iuoluit corpus in ſyndone mũda: ⁊
poſuit in monumento nouo: ⁊ q aduoluit la
pidẽ magnũ: quoniã oĩa que ſunt circa cor/
pus ieſu munda ſũt ⁊ noua ⁊ omnia magna
valde. REMI. Poſtq; autem corpꝰ do/
mini ſepultũ ẽ: ceteris ad propria remeanti/
bus: ſole mulieres que eũ artius amauerunt
perſeuerauerũt: ⁊ diligenti cura notauerunt
locũ in quo corpus domini poneretur: qua/
tenus cõgruo tꝑore munus ſue deuotiõis ei
offerrent. ⁊ iõ ſequtur: Erãt aũt ibi ma. mag.
⁊ altera ma. ſe. cõ. ſepulchrũ. ORIGE.
Mater aũt filioꝝ zebedei nõ ſcribiꝛ ſedere
cõtra ſepulchrũ: forſitã .n. vſq; ad crucẽ ꝑue
nire potuit. Iſte aũt quaſi maiores i charita/
te: neq; his que poſtea geſta ſunt defuerũt.
HIERO. Vel ceteris relinquentibꝰ do/
minũ mulieres i officio perſeuerãt: expectan
tes quod ꝓmiſerat ieſus. Et iõ meruerunt ꝓ
me videre reſurrectionẽ: qꝛ q perſeuerauerit
vſq; i finẽ hic ſaluꝰ erit. REMI. Qđ vſ/
q; hodie ſancte mulieres .i. humiles aie ſan/
ctorũ: i hoc ſeculo faciũt. ⁊ pia curioſitate attẽ
dunt queãdmodũ paſſio chriſti cõpleta ſit.

¶ Altera autem die que ẽ poſt para
ſceuen: conuenerunt principes ſacerdo
tum ⁊ phariſei ad pilatum dicentes: Do
mine recordati ſumus: qꝛ ſeductor ille
dixit adhuc viuens: poſt tres dies re
ſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepul
chrum vſq; in diem tertium ne forte
veniant diſcipuli eius ⁊ furentur eũ:
⁊ dicant plebi ſurrexit a mortuis: ⁊ erit
nouiſſimus error peior priore. Ait il
lis pilatus: Habetis cuſtodiam: ite
cuſtodite ſicut ſcitis. Illi aũt abeũtes
munierunt ſepulchrũ ſignantes lapidẽ
cum cuſtodibus.

HIERO. i ho. Nõ ſuffecerat pricipibus
ſacerdotũ crucifixiſſe dñm ſaluatorẽ: niſi ſepul
chrũ cuſtodirẽt ⁊ q̃tũ i illis ẽ: manꝰ ipẽderẽt
reſurgẽti. vñ dꝛ: Altera aũt die q̃ ẽ pꝰ para/
ſceuen ⁊c. RABA. Paraſceue dꝛ prepa
ratõ. h noie vocaꝛ ſexta ſabati: i q̃ preparabãt
neceſſaria ſabbato: vt de manna dictuȝ eſt.
Sexta die colligetis duplũ. qꝛ .n. ſexta die fa
ctꝰ ẽ hõ: i ſeptima die requieuit deꝰ: iõ ſexto die
ieſus ꝓ hoie moritur: ⁊ i ſabbato quieuit i ſe/
pulchro. HIERO. Pricipes aũt ſacer/
dotũ lȝ imẽſũ facinꝰ i nece domini ꝑpetrauẽ
rint: tamẽ nõ ſufficit eis: niſi ⁊ pꝰ mortẽ eiꝰ
cõcepte neqtie virus exerceãt: famã eiꝰ lacerã
tes: ⁊ quẽ inocẽtẽ ſciebãt: ſeductorem vocãt.
vñ dicũt. Dñe recor. ſumꝰ qꝛ ſeductor ille di
xit ⁊c. Sicut aũt cayphas ignorans aũ ꝓphe
tauerat dicẽs: Expedit vnũ hoiem mori pro
populo ⁊ ñ tota gens peat: ſic ⁊ mõ: ſeductor
enim erat chriſtus: nõ a veritate in errorem
mittens: ſed a falſitate in veritatem: a vitijs
ad virtutes: a morte ad vitam ducens.

REMI. Ex hoc autem dicunt eum dixiſſe ꝙ poſt tres dies reſurgam: q2 dixerat: Sicut fuit ionas tribus diebus: ⁊ tribus noctibus in ventre ceti ⁊c. Sed videndum quomodo poſt tres dies reſurrexit. Nonnulli voluerunt tres horas tenebrarum vnam intelligi noctem: ⁊ lucem que ſecuta ē tenebras diem: ſed hi vim figurate locutōnis ignorauerunt. Figurate enim ſexta feria qua paſſus ē comprehendit noctem precedentem. Sequit̄ autem nox ſabbati cum ſuo die: nox vero dominici diei comprehendit ſuum diem: ac per hoc verum eſt ꝙ poſtriduum reſurrexit.

AVGV. in ſer. de paſ. Ideo autem poſt tres dies reſurrexit: vt in paſſione filij tot⁹ trinitatis monſtraretur aſſenſus: triduū. n. legitur in figura: quia trinitas que in principio fecerat hominem: ipſa in fine hominem per chriſti reparat paſſionem. Sequitur: Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſq; i tertium diem. RABA. diſcipuli enim chriſti fures ſpiritualiter erant: q2 ab ingratis iudeis ſcripta noui ⁊ veteris teſtamenti ablata i vſū eccleſie conferebant: ⁊ ſaluatorem qui eis ꝓmiſſus fuerat: illis nocte dormientib⁹: hoc ē infidelitate torpentibus abſtulerunt: gentibus credēdū tradentes. HYLA. Met⁹ furandi corporiſ ⁊ ſepulchri cuſtodia atq; obſignatio: ſtultitie atq; infidelitas teſtimoniū eſt: ꝙ ſignare ſepulchrū eius voluerunt: cui⁹ precepto cōſpexiſſent d' ſepulchro mortuum ſuſcitatū. RABA. In hoc aūt ꝙ dicūt: Et erit nouiſſimus error peior priore. ignorāter verum dicunt. Peior enim fuit contempt⁹ penitentie in iudeis: q̄z error ignorantie.

CHRY. in ho. Vide etiam qualiter nolētes cōcertant ad demrādā veritatē. irrefragabilis enim demrātio reſurrectionis facta eſt per ea que pretenderunt: quia enim cuſtoditum eſt ſepulchrum: nulla fraus facta eſt. Si aūt fraus facta non eſt: manifeſte ⁊ irrefragabiliter dominus ſurrexit. Quid autem pilatus: reſpondeat ſubiungitur. Ait illis pilatus. habetis cuſtodiam. Ite cuſtodite ſicut ſcitis. RABA. q. d. Sufficiat vobis ꝙ conſenſi in necem innocētis: de cetero veſter error vobiſcū permaneat. Sequitur. Illi autem abeuntes munierunt ſepulchrum ſignantes lapidem cū cuſtodib⁹. CHRY. in ho. Non autem permittit pilat⁹ ſolos milites ſigillare. ſi enim ſoli milites ſigillaſſent poſſent dicere quoniam milites permiſerūt ꝙ diſcipuli corpus domini furarentur: ⁊ ita reſurrectionis infringere fidem: nunc hoc dicere non poſſunt cum ipſimet ſepulchrum ſigillaſſent.

## Feria. ij. Joannis. xij. capi.

IEſus ante ſex dies paſche venit bethaniā: vbi lazarus fuerat mortuus quem ſuſcitauit ieſus. Fecerunt autem ei cenā ibi: ⁊ martha miniſtrabat: lazarus vero vnus erat ex diſcumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi piſtici precioſi ⁊ vnxit pedes ieſu ⁊ exterſit pedes eius capillis ſuis ⁊ domus impleta eſt ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius iudas ſcariothis qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs ⁊ datum eſt egenis? Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum ſed ꝙ fur erat ⁊ loculos habens ea que mittebantur portabat. Dixit ergo ieſus: Sinite illam: vt in diem ſepulture mee ſeruet illud. Pauperes enim ſemper habebitis vobiſcum me autē non ſemper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis quia illic ē: ⁊ venerunt non propter ieſum tantū: ſed vt lazarum viderent: quem ſuſcitauit a mortuis. Cogitauerunt autem principes ſacerdotum vt ⁊ lazarum interficerent quia multi propter illum abibant ex iudeis ⁊ credebant in ieſum.

ALCVI. Appropinquante tempore iꝗ

dominus pati diſpoſuit appropinquauit ipſe
loco in quo eiuſdem paſſionis diſpēſationē
pficere voluit vnde dicitur: Je. ante ſex dies
paſche venit in bethaniā. Primo venit i be-
thaniam: deinde hieroſolymā. in hieroſoly-
mam qdē vt ibi pateref: in bethaniā āo vt re
ſuſcitatio lazari memorie omnium artius im
pmeref. vnde ſubditur: Vbi fue. laza. mor.
quē ſuſ. ieſus. THEO. Decia aūt die mē
ſis agnū iudei capiūt imolandū in feſto pa-
ſce: et tunc. n. feſtiuitatis prelibāt ſolēnia. q̄-
propter in die que ē nona mēſis: ⁊ pcedit ſex
tum diē ante paſca: epulātur ſplēdide: ⁊ exor
dium feſti hanc diē conſtituunt: quo fit vt ie
ſus quoqꝫ pergēs bethaniā cōuiuaref. vnde
ſeqtur: F ece. āt ei ce. ⁊ ibi mar. miniſtrabat.
Per hoc aūt qđ dixit q̄ martha miniſtrabat:
inſinuat q̄ in illi⁹ domo erat cōuiuiū. Sed at
tēde mulieris fidelitatē: nō eni famulabus i-
ponit miniſteriū: ſed ipſamet ſuſcepit. innue
re aūt volēs euāgeliſta vere reſurrectiōis la
zari ſignū ſubdit: La. vero vnus erat ex diſ-
cū. cū eo. AVGV. Viuebat: loquebatur:
epulabatur: veritas oſtendebaf: infidelitas iu
deorum confundebatur. CHRY. Maria
autē nō faciebat cōem famulatū: ſed ad ſolū
dominum conſtituit honorē: ⁊ nō vt ad ho-
minem accedit: ſed vt ad deum. vnde ſequif:
Ma. er. ac. li. vnguē. nar. pi. precio: ⁊ vnxit
pe. ie. ⁊ exterſit capil. ſu. pe. ei⁹. AVGV.
Quod ait piſtici: locum aliquem credere de-
bemus: vnde erat hoc vnguentum precioſū.
ALCVI. Vel piſtici ideſt fidelis: nec ex
traneis ſpeciebus adulteratū. Hec eſt illa mu
lier que quōdā peccatrix i domo ſimonis ve-
nit ad dominū cū alabaſtro vnguenti. AV
GV. de cō. euan. Quod autem hoc in be-
thania rurſus fecit: aliđ eſt quod ad luce nar-
rationē non pertinet: ſed pariter narraf a tri-
bus ioāne. ſ. mattheo ⁊ marco: q̄ ergo mat-
theus ⁊ marcus caput domini vnguēto illo
perfuſum dicunt: ioannes autem pedes: nō
ſolum caput ſed ⁊ pedes domini accipiamus
perfudiſſe mulierem. Mattheus ēt marc⁹ re
capitulando ad illū diem redeunt in bethani
am qui erat ante ſex dies paſce ⁊ narrant qđ
ioannes de cena ⁊ vnguento. Sequitur: Et
do. imple. ē ex odo. vnguēti. AVGV. ſu
per ioā. Ad apoſtolū reuoca intentionem qui
dicit. Alijs ſumus odor vite ad vitā: alijs ſu
mus odor mortis ad mortem. deniqꝫ audies
hinc ex vnguento iſto quomō erat alijs odor
bonus in vitam: alijs odor bonus in mortē.
vnde ſequitur: Dixit ergo vnus ex diſci. ſu.
iu. ſcario. qui erat eum tradi. Quare hoc vn.
non ven. ccc. dena. ⁊ da. eſt egenis. AV-
GV. de con euan. Qđ alij dicunt diſcipu-
los murmuraſſe de vnguenti precioſi effuſio
ne: ioānes aūt iudam cōmemorat: puto diſci
puloꝝ nomine iudam ſignificatum: plurali
numero pro ſingulari vſurpato. Poteſt etiā
intelligi q̄ alij diſcipuli aut ſenſerint hoc: aut
dixerint: aut eis iuda dicente perſuaſum ſit:
atqꝫ omnium voluntatem mattheus ⁊ marc⁹
verbis etiam expreſſerunt. Sed iudas pro-
pterea dixerit: q̄ fur erat: ceteri propter pau-
perum curam: ioannem vero de ſolo illo id
commemorare voluiſſe: cuius ex hac occaſio
ne furandi conſuetudinem credidit intiman-
dam. nam ſequitur: Dixit autem hoc nō quia
de ege. perti. ad eum ſed quia fur erat ⁊ locu.
habens: ea que mitte. portabat. ALCVI.
Portabat miniſterio exportabat furto. AV
GV. Non tunc perijt iudas quando acce-
pit a iudeis pecuniam vt dominum traderet
iam fur erat: dominum perditus ſequebaf:
non corde ſed corpore. Voluit autē per hoc
dominus nos admonere vt malos tolerem⁹:
ne corpus chriſti diuidamus: Qui aliquid de
eccleſia furatur iude perdito comparatur: to-
lera malum bonus: vt venias ad premiū bo
norum: ne immitaris in penam malorū. Exē
plum domini accipite conuerſantis in terra:
quare habuit loculos cui angeli miniſtrabāt.
niſi quia eccleſia ipſi⁹ loculos habitura erat?
Quare fures admiſit: niſi vt eius eccleſia fu
res dum patitur toleraret. ſed ille qui conſue
uerat de loculis pecuniam tollere non dubita
uit accepta pecunia ipſum dominum vende-
re. CHRY. Ideo etiam ei fur chriſti locu-
los comiſit pauperum: vt omnem abſcinde-
ret occaſionem. non enim habuit dicere qm̄ p
pter pecuniarum deſiderium hoc fecit: etenī
ſufficientem habebat ex loculo concupiſcētie
mitigationem. THEO. Quidam vero ad
miniſtrationem pecunie ſuſcepiſſe iudam fa-
tentur: tanq̄ minimum omnium. nam pecu
nie adminiſtratio doctrine adminiſtratione i-
ferior eſt ſm q̄ dicunt apoſtoli in actibus.
Non eſt equum nos derelinquere verbū dei

⁊ miniſtrare mẽſis. CHRY. Chriſtus au
tem multa cõdeſcẽſione ad iudã vtẽs nõ icre
pauit eũ ſurripiẽtẽ ſed cõem intulit excuſatio
nem. nã ſequitur: Dixit ergo ie. ſini. il. vt in
diẽ ſepul. mee. ſer. illud. ALCVI. Signi
ficat ſe moriturũ ⁊ ad ſepeliẽdũ aromatibus
eſſe vngendũ: iõ marte: cui ad vnctionẽ mor
tui corporis multũ deſiderãt: ꝑuenire nõ lice
ret: donatũ ſit: viuenti adhuc impẽdere obſe/
quium qḋ poſt mortẽ celeri reſurrectione pre
uenta negret. CHRY. Rurſus ẽt ꝑꝑ pro
ditorẽ rememorat̃ ẽ ſepulture. ac ſi. d. Gra
uis ſum tibi ⁊ onerosus ſed expecta parum ⁊
adibo: ⁊ hoc oſtendit cum ſubdit: Paupe/
res enim ſemper habebitis vobiſcũ me autẽ
non ſemꝑ habebitis. AVGV. Loquebat̃
de ꝑñtia corporis ſui. nam ſm maieſtatẽ ſuã:
ſm prouidẽtiam: ſm ineffabilẽ ⁊ inuiſibilẽ
gratiã ĩpletur qḋ ab eo dictũ eſt: Ecce ego vo
biſcum ſum vſq; ad conſũmationem ſeculi:
Vel aliter. In iude perſona ſignificati ſũt in
eccleſia mali. ſi. n. bonus es. habes chriſtum
⁊ in preſenti per fidẽ ⁊ ſacramẽtũ: ⁊ hẽbis ſẽ
per quia cum hinc exieris: ad illum venies ꝗ
dixit latroni: Hodie mecũ eris in paradiſo.
Si aũt male verſaris: videris habere in pre/
ſenti xp̃m: qꝛ baptizaris baptiſmo xp̃i: acce/
dis ad altare xp̃i: ſed male viuendo non ſem/
per habebis. nõ aũt dixit habes: ſ; habebis:
qꝛ vnus malus corpus malorum ſignificat.
Sequitur: Cogno. ex. tur. mul. ex iudeis ꝗa
illic eẽt: ⁊ vene. nõ ꝓ. ie. tñ: ſ; vt laza. vide.
quẽ ſuſci. a mortuis Curioſitas eos adduxit:
nõ charitas. THEO. Viſores. n. ſuſcita/
ti fieri cupiebãt: expectãtes ẽt de inferis ali/
quid lazaro referente ꝑpẽdere. AVGV.
Quia vero tãtũ miraculũ dñi tãta erat euidẽ
tia diffamatũ: vt nõ poſſẽt vel occultare quod
factum eſt vel negare: cogitauerunt vt lazaꝝ
interficerent. vnde ſequit̃: Cogi. aũt ꝑn. ſa/
cer. vt ⁊ laza. iter. qꝛ mul. ꝓp. il. abi. ex iude.
⁊ credi. i ieſum. O ceca ſeuitia q̃ſi dñs ſuſci/
tare potuit mortuũ ⁊ nõ poſſit occiſum Ecce
vtrũq; dñs fecit: ⁊ lazarũ mortuũ: ⁊ ſeipſum
ſuſcitauit occiſum. GHRY. Nullũ autem
miraculũ chriſti eos ita furere fecit. hoc enim
mirabilius erat: ⁊ coram multis factum ẽ: ⁊
erat mo' inabile mortuum quatriduanũ vide
re ambulãtem ⁊ loquentem. Aliter ẽt illi ĩ ali
is putabãt criminari ſabbati ſolutionẽ: ⁊ hac
via abducere turbas. hic aũt qꝛ a nullo habe/
bant cõqueri cõtra ieſum: aduerſum lazarum
faciunt conatũ. itaq; ⁊ i ceco hoc feciſſent: niſi
haberẽt accuſationẽ de ſabbato. Aliter autẽ
Ille quidẽ ignobilis erat: ⁊ eiecerũt euz de tẽ
plo. hoc etiã eos mordebat ꝙ feſtiuitatẽ inſtã
tem oẽs dimittentes bethaniam veniebant.
ALCVI. Myſtice aũt ꝙ ante ſex dies ve
nerat bethaniã: ſignificat ꝙ ille qui ſex dieb'
oĩa fecerat: ⁊ ſexto die hominẽ creauerat ipſe
ſexta mundi etate: ſexta feria: ſexta hora redi/
mere mundũ venerat. Cena autem domini/
ca: fides eſt eccleſie que per dilectionẽ opera/
tur: Martha miniſtrat: cuz fidelis anima
opera ſue deuotiõis domino impendit. Laza
rus vnus erat ex diſcumbentibus: cum hi ꝗ
poſt peccatorum mortem reſuſcitati ſunt: ad
iuſticiam vna cum eis ꝗ in ſua permanſerũt
iuſtitia: de ꝑñtia veritatis exultãt: ⁊ celeſtis gra
tie muneribus aluntur: ⁊ bene ĩ bethania ce/
lebratur que interpretatur domus obedientie.
nam eccleſia eſt obedientie domus. AV/
GV. Vnguentum autem quo maria vnxit
pedes ieſu: iuſtitia fuit: iõ libra fuit. Erat au
tem vnguentuz nardi piſtici precioſi. Piſtis
grece: latine fides dicitur. Querebas opera/
ri iuſticiã: iuſtus ex fide viuit. Vnge pedes
ieſu bene viuẽdo. dominica ſectare veſtigia.
capillis terge. ſi habes ſuperflua da pauperi
bus ⁊ domini pedes terſiſti. capilli enim ſuꝑ
flua corporis videntur. ALCVI. Et notã/
dum ꝙ primo tantum pedes vnxerat. h̃ autẽ
pedes ⁊ caput vnxit. ibi rudimẽta penitẽtiũ:
h̃ iuſtitia perfectaꝝ deſignat̃ aiarum. ꝑ caput
enim domini ſublimitas diuinitatis. ꝑ pedes
humilitas incarnationis exprimit̃: vel ꝑ ca/
put ipſe chriſtus: per pedes pauperes ꝗ ſunt
membra eius. AVGV. Domus autẽ re
pleta ẽ odore: mũdus implet' ẽ bona fama.

¶ In craſtinum autem turba multa
que conuenerat ad diem feſtum cuz au
diſſet quia venit ieſus hieroſolymam
acceperunt ramos palmarum ⁊ proceſ
ſerunt obuiam ei ⁊ clamabant: Oſãna:
benedictus qui venit in nomine domi
ni rex iſrael. Et inuenit ieſus aſellum ⁊
ſedit ſuper eum ſicut ſcriptum eſt: No
li timere filia ſyon ecce rex tuus venit

tibi ſedens ſuper pullum aſine. Hec nō cognouerunt diſcipuli eius primū: ſed quando glorificatus eſt ieſus; tunc recordati ſunt quia hec erant ſcripta de eo: ⁊ hec fecerunt ei. Teſtimonium ergo perhibebat turba que erat cū eo quādo lazarum vocauit de monumento: ⁊ ſuſcitauit eum a mortuis. Propterea et obuiam venit ei turba quia audierūt eū feciſſe hoc ſignū. Phariſei ergo dixerūt ad ſemetipſos. Uidetis q̄r nihil proficim⁹: Ecce mūd⁹ tot⁹ p⁹ eū abijt. CHRY Preceptum legis erat: vt decima luna primi menſis agnus ſiue hedus i domo recluderetur vſq̄ ad quartādecimā lunā eiuſdem menſis: quando ad veſperā imolabat: vnde ⁊ verus agnus ex omni grege ſine macula electus: pro populi ſanctificatione imolandus ante quinq̄ dies .i. decima luna hieroſolymam aſcendit. AVGV. Quantus autem fructus apparuerit predicatiōis eius ⁊ quantus grex ouiū ex his que perierant domus iſrael vocem paſtoris audierit: intendēdum eſt ex eo qd̄ dicit: In craſtinū autē tur. mul. que cōue. ad di. fe. cū au. q̄r ve. ie. hiero. acce. ra. palmarum. Rami palmarū laudes ſunt ſignificantes victoriam qua erat dominus mortē moriēdo ſuperatur⁹: ⁊ trophea crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. CHRY. Oſtēdebāt aūt q̄m de reliquo maiorem q̄ de propheta opinionē habebant de eo. vnde ſequitur: Et proceſſe. ob. ei: ⁊ cla. oſan. bene. q ve. in no. domini rex iſrael. AVGV. Oſanna vox eſt obſecrātis: magis affectum indicans: q̄ rem aliquā ſignificans: ſicut ſunt in lingua latina: quas interiectiōes vocant. BEDA. Eſt autē cōpoſitum ex corrupto ⁊ integro. Oſi .n. ſalua: anna obſecrantis eſt interiectio. oſi ergo corruptum: anna eſt integrum: Benedictus autem qui venit in nomine dn̄i: ſic potius accipiendum eſt: vt in nomine domini .in nomine dei patris itelligatur: q̄uis poſſit intelligi etiam in noīe ſuo: q̄r ⁊ ipſe dn̄s ē: ſed verba eius melius noſtrum dirigunt intellectum: q ait: Ego veni in nomie patris mei: nō. vtiq̄ amittit diuinitatem quando nos docet humilitatem. CHRY. Hoc eſt etiam quod maxime coegit credere in chriſtum omnes quoniam non eſt deo contrarius: ⁊ hoc maxime erigebat plebem q̄ ipſe dicebat ſe a patre veniſſe. Ex his ergo verbis colligimus q̄ de⁹ eſt. nam oſanna: ſaluos fac interpretatur. ſalutem autem ſoli deo ſcriptura attribuit. Deinde quia vere eſt deus qui venit inquiunt: n̄ qui ducitur: hoc eniz ſeruile eſt quodāmodo: illud vero dominicum. Q̄d etiam dicūt: In nomine domini: illud idem erga ipſum protendit. non enim in nomine ſerui: ſed domini dicunt illum venire. AVGV. Quid āt magnum fuit regi ſeculorum regem fieri hominum: Non enim rex iſrael chriſtus ad exigendum tributum vel ferro exercitum armādum: ſed rex iſrael q̄ mentes regat q̄ i regnū celorum perducat: q̄ ergo rex eſſe voluit iſrl̄. dignatio eſt non promotio miſerationis indicium: non poteſtatis augmentum. q enim appellatus eſt in terra rex iudeorum: in celis eſt dominus angelorum. THEO. Iudei aūt regem iſrael ipſum nuncupabant: quaſi ſenſibilem regē ſomniātes. Expectabant nāq̄ exurgere quendam in regem maiorem q̄ ſ̄z humanam naturam: ſaluaturum eos a romanorum iuriſditione. Quomodo autem dominus venerit oſ̄dit euāgeliſta ſubdēs: Et iue. ie. aſ. ⁊ ſe. ſu. eū. AVGV. Hoc breuiter dictū eſt. nā queadmodū ſit factum apud alios euangeliſtas pleniſſime legitur: Pullum autē aſine in quo nemo ſederat: hoc .n. apud alios euangeliſtas inuenitur intelligimus populum gentium: qui legē domini nō acceperat: aſinam vero quia vtrūq̄ domino adductum eſt plebē eius que veniebat ex populo iſrael. CHRY. Fecit ergo hoc prophetice aliquid figurans: quoniam videlicet in mundum gentium populum debebat ſubiectum habere: ⁊ prophetiā q̄dā iplēs. AVGV. Adhibetur autem huic facto propheticum teſtimonium vt appareret quoniam maligni principes iudeorum eum non intelligebant in quo implebantur que legebāt. vnde ſequitur: Sicut ſcriptum eſt: No. ti. fi. ſy. ec. rex tu. ve. ti. ſe. ſu. pul. aſine. In illo populo erat filia ſyon: ipſa eſt hieruſalē que ē ſyon: cui dicitur: Noli timere. illum agnoſce qui

a te laudatur: ⁊ noli trepidare cum patitur: qꝛ ille ſanguis funditur per quem tuum delictū deleatur: ⁊ vita redimatur. CHRY. Uel aliter: Quia reges eorū iniuſti fuerāt: ⁊ eos obnoxios bellis faciebant conſide ait. hic nō talis: ſed mitis ⁊ manſuetus: quod oſtendit ab aſino. non enim exercitum habens intra/bat: ſed aſinum habens ſolum. Uide autem euangeliſte ſapientiam non verecundat pro rem ignorantiam diuulgare. nam ſequitur: Hec non cog. diſc. eius pri. ſed quādo glo. eſt ieſus. AUGU. i. qn̄ virtutem ſue re/ſurrectionis oſtendit: tunc recordati ſūt qꝛ hec erant ſcripta de eo: ⁊ hoc fecerunt ei ideſt nō alia q̄ȝ que ſcripta erant de eo. CHRY. Hoc autem ignorabant quoniam ipſe nō reuelauit eis. ſcandalizaſſet enī eos ſi rex ex̄ns talia paſſurus erat: ⁊ etiam non ſuſcepiſſent ſtatim cognitionem regni de quo dicebatur: de regno enim temporali hoc dici putaſſent. THEO. Aſpice autem conſequentiaȝ paſſionis: ſuſcitauit lazarū: hoc oīum nouiſſime reſeruās miraculum: ⁊ ob hoc plurimi cōcurrebant ⁊ credebant. vnde ſequitur. Teſti. er. perhi. tur: que cū eo erat qn̄ vo. la. de mo. ⁊ ſu. eū a mor. ppte. ⁊ ob. ve. ei tur. qꝛ au. eum fecit. hoc ſignum. Exinde liuor ⁊ inſidie. vn̄ ſequitur. Phariſei autem dice. ad ſemet. vi/de. quia nihil proſi. Ec. mū. totus poſt eum abijt. AUGU. Turba turbauit turbam. Quid autem inuidet ceca turba: quia poſt eū abijt mundus: per queȝ factus eſt mundus? CHRY. Mundum enim hic turbam di/cunt. videtur autem mihi hoc dictum eſſe eo/rum qui ſani quidem erant: non audebant āt pro palam: demum ab euentu deterrebant alios quaſi incōſumabilia tentātes. THEO. Ac ſi diceret. Quātūcūqȝ inſidiamini tāto hic augetur ⁊ gloria eius intenditur: quis ergo pfectus de tantis inſidijs?

¶ Erant autem quidam gentiles ex his qui aſcenderant vt adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerūt ad philippuȝ qui erat a bethſaida galilee: ⁊ rogauerunt eum dicentes. Domine volum⁹ ieſum videre: Uenit philippus ⁊ dicit andree. Andreas rurſum ⁊ philippus dixerunt ieſu. Jeſus autem reſpondit dicens: Uenit hora vt clarificetur fili⁹ hominis. Amen amen dico vobis niſi granum frumenti cadens in terrā mortuum fuerit: ipſum ſolum manet. Si āt mortuum fuerit: multum fructū affert. Qui amat animam ſuam: perdet eam. ⁊ qui odit animam ſuam in hoc mūdo: in vitam eternam cuſtodit eā. Si quis mihi miniſtrat: me ſequatur. Et vbi ego ſum: illic ⁊ miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit: honorificabit eum pater meus.

BEDA. Templum domini hieroſolymis ſituȝ adeo erat famoſuȝ: vt diebus feſtis nō ſolum vicini: ſed etiam multe ex longinquis regionibus gētes illuc aduenirēt: ſicut de eunucho cādacis regine ethiopum act⁹ apoſtolorum declarat. hac ergo conſuetudine hi gen/tiles venerāt adorare: de quibus dicit: Erāt aūt gen. q. ex his q aſcen. vt ado. in die feſto. CHRY. Prope exn̄tes de cetero proſe/liti fierent. Fama itaqȝ audita de xp̄o: volunt eum videre. vnde ſequit: Hi ergo acce. ad philip. q erat a bethſa. gal. ⁊ ro. eū di. domi/ne vo. ie. videre. AUGU. Ecce volūt euȝ iudei occidere: gētiles videre: ſed etiam illi ex iudeis erant qui clamabant: Benedictus qui venit in noīe dn̄i. Ecce illi ex circūciſione: il/li ex preputio: velut duo parietes de diuerſo veniētes: ⁊ in vnam fidem xp̄i pacis oſculo cōcurrētes. Sequitur. Ue. p hi. ⁊ di. ādree. CHRY. Quaſi pon exn̄ti. audierat .n. In viā gentiū ne abieritis: propterea cū eo n/ diſcipulo cōicans magiſtro refert. vnde ſeq/tur: An. rur. ⁊ phi. dicunt ieſu. AUGU. Audiamus ergo vocem lapidis angularis. vnde ſequitur. Je. autē rn̄. eis di. ve. ho. vt cla. fi. hominis. Forſitan aliqs putat iō ſe di/xiſſe glorificatū: qꝛ gētiles volebāt eū videre: nō ita ē: ſed videbat gētiles poſt paſſioneȝ ⁊ reſurrectionem ſuā in omnibus gētibus credituros. Ex occaſiōe igit iſtorū gentiliū q euȝ videre cupiebāt: ānūciat futurā plenitudineȝ gentiū: ⁊ promittit iā adeſſe horā glorificationis ſue: q̄ facta in celis gentes fuerāt credēdū re ſm illud: Exaltare ſup celos deus: ⁊ ſup oēm terrā gloria tua: ſed altitudinē glorifica/

tionis oportuit vt precederet humilitas paſ-
ſionis. vnde adiūxit: Amen di. vo. Ni. gra.
fru. ca. i ter. mor. fuc. ipm ſo. ma. Si autem
mor. fuc. mul. fru. affert. Se aūt dicebat gra
num mortificandū in infidelitate iudeorum.
multiplicandum in fide populorum. BE-
DA. Ipſe enim ex ſemine patriarcharuꝫ in
agro huius mundi ſeminatus eſt. i. incarna-
tus eſt: vt moriendo cū multiplicatione reſur
geret. ſolus mortuus eſt: cuꝫ multis ſurrexit.
CHRY. Et quia per ſermões nō ita ſua
debat vtitur experimento: qꝛ frumentuꝫ ma
gis facit fructū cū mortuū fuerit: Si autez ex
ſeminibus accidit: multomagis in me. Quia
igitur de reliquo debebat dimittere diſcipu-
los ad gentes. videt autez gentiles preſilien
tes ad fidez: oſtendit ꝙ tempus erat vt ad cru
cem veniret. Non eniꝫ prius eos ad gentes
miſit. donec iudei offenderunt. donec crucifi
xerunt: ⁊ quia de morte ſua preuidit diſcipu-
los contriſtandos ſuperabūdantiam facit ſer
monis dicens. Non ſolum ſi nō mortem me
am patienter ſuſtinueritis: ſed etiā ſi voſipſi
non moriamini nullum vobis erit lucrum: ⁊
hoc eſt quod ſubdit: Qui amat ani. ſu. p. eā.
AVGV. Hoc duobus modis itelligi po
teſt: Qui amat perdet. i. ſi amas pdes: ſi cu-
pis vitam tenere in chriſto: noli mortem time
re pro xpo. Item alio modo. Qui amat ani-
mā ſuam perdet eam. noli amare in hac vita
ne perdas i eterna vita. hoc autē qd poſteriꝰ
dixi magis habere videtur euangelicum ſen
ſum. Seqtur. n. Et q odit ani. ſu. i hoc mū.
in vi. eternam cu. eā. ergo quod ſupra dictuꝫ
ē: Qui amat: ſubintelligitur in hoc mundo.
CHRY. Amat aūt aiam ſuā in hoc mun
do q deſideria eius icōuenientia facit. odit āt
eam q non cedit ei noxia cōcupiſcēti. ⁊ nō di-
xit: Qui non cedit ei: ſed Qui odit eā. Quē
admodū. n. eorum q odio habentur nec vocē
audire ſuſtinemus nec viſum videre delecta
bitur. ita ⁊ aiam cū cōtraria iniungit q̄ deo nō
placent cum vehementia auertere oportet.
THEO. Quia enim valde oneroſuꝫ erat
audire ꝙ oporteret odire aiām: cōſolatꝰ p hoc
qd additur: In hoc mundo: tpis indicās par
ticularitatē. nō. n. in perpetuū iubet aiaꝫ odio
haberi: ⁊ emolumentum ponit cum dicit: In
vitam eternam cuſtodit eā. AVGV. Sꝫ
vide ne tibi ſubrepat: vt teipſum interimere
velis: ſic itelligendo ꝙ debes in hoc mundo
odiſſe animam tuam: hic. n. quidam maligni
atqꝫ puerſi homicide flāmis ſe donant: aqs
prefocant: precipitatione collidunt ⁊ percūt:
hoc xp̄s non docuit: immo ⁊ diabolo precipi
tium ſuggerenti reſpondit: Vade ſathanas.
Cum ergo cauſe articulus venerit: vt hec cō
ditio proponatur: aut faciendum eſſe con-
tra dei preceptum: aut ab hac vita migrandū:
cōminātē morteꝫ perſecutore: ibi oderis in h
mundo animam tuam. vt in vitam eternam
cuſtodias eam. CHRY. Dulcis qdem eſt
preſens vita his qui affixi ſunt ei: ſi vero qs
ad celum reſpexerit: videns que ibi ſunt bo-
na: cito cōtēnet vitam preſentem. Cum enim
apparuerit melior: cōtēnitur peior. In hoc er
go nos inducens xp̄s ſubdit: Qui mihi mi-
niſtrat me ſequatꝰ. i. me imitetur: de morte h
dicit ⁊ de ea q̄ p opa aſſecutiōe: oꝫ. n. eū q mi
niſtrat eū cui miſtrat ſeq. AVGV. Quid
ergo ſit miniſtrare xpo: i ipſis vbis agnoſca
mus cum dicit: Siquis mi. mi. Miniſtrant
ergo ieſu. qui non que ſua ſunt q̄runt: ſꝫ que
ieſu xpi: hoc eſt enim me ſequatꝰ: vias ambu-
let meas nō ſuas: nō ea tm̄ q̄ ad miſericordiā
pertinent corporalem: ſed omnia opa bona p
pter chriſtū faciens: vſqꝫ ad illud opus ma-
gne charitatis: qd eſt aiam pro fratribus po-
nere: ſed quo fructu? q mercede? Sequitꝰ: Et
vbi ego ſum: il. ⁊ miniſt. me. erit. Gratias
amatꝰ: ⁊ opis quo miniſtratur illi preciū ſit eē
cum illo. CHRY. Oſtendit autem p hoc
ꝙ reſurrectio morti ſuccedet. Vbi autem ſuꝫ
ait: qꝛ in celis ante reſurrectiōē chriſtus erat.
igitur illic trāſmigremus aīo ⁊ mente. Seqꝰ
Si quis mihi mini. hono. eum pa. meus.
AVGV. Per hoc itelligitꝰ expoſuiſſe vt
ſupra dixerat: illic ⁊ miniſter meꝰ erit. nā quē
maiorem honorem accipere poterit adoptatꝰ
q̄ꝫ vt ſit vbi eſt vnicus? CHRY. Non au
tem dixit. Ego honorificabo eū: ſed pr meꝰ:
nondum enim de eo decentem opinioneꝫ ha-
bebant: ſed maiorem de patre.

¶ Nunc anima mea turbata eſt. Et
quid dicā? Pater ſaluifica me ex hac
hora: Sed propterea veni in horā hāc.
Pater clarifica nomen tuum. Venit
ergo vox de celo dicens: Et clarifica-
ui: ⁊ iterum clarificabo. Turba ergo

que ſtabat ⁊ audierat: dicebat tonitruū
eſſe factum. Alij autem dicebant: An
gelus ei locutus eſt. Reſpondit ieſus ⁊
dixit. Nō propter me hec vox venit ſʒ
propter vos. Nunc iudicium eſt mun
di. Nunc princeps huius mundi eijcie
tur foras. Et ego ſi exaltatus fuero a
terra: omnia traham ad meipſū. Hoc
autem dicebat ſignificans qua morte eſ
ſet moriturus.
CHRY. Quia dn̄s ad paſſionē diſcipu/
los exhortatus fuerat: ne dicant ꝙ ipſe extra
dolores exn̄s hūanos facile de morte philo/
ſophatur: ⁊ nos admonet: ꝓpter hoc ꝙ ipē ē
ſine periculo. oñdit ꝙ ⁊ ipſe i agonia ſit: tn̄ ꝓ
pter vtilitatē mortē nō renuit: vn̄ dicit: Nūc
aīa mea turbata ē. AVGV. Audio q in h
mundo odit aiam ſuam: in vitā eternā cuſto
dit eā: ⁊ mūdū cōtēnere accendor ⁊ in contra
rio modo nihil eſt vite huius totus q̄ntūlibet
fuerit: ꝓlixior vapor ꝓ amore eternorū tpa/
lia mihi cūcta vileſcunt: ⁊ rurſum dn̄m audio
dicētē. Nūc aīa mea turbata eſt. Seq iubes
animā meā: ſed turbari video aiam tuam. q̄/
le fundamētum quedam ſi petra ſuccumbit?
Agnoſco dn̄e miſericordiam tuā: nā q chari/
tatis volūtate turbaris: multos i corpore tuo
qui ſue infirmitatis neceſſitate turbantur ne
deſperando pereant cōſolaris. In ſe ergo ca
put noſtrum ſuſcepit membrorū̄ ſuorū affe/
ctū: ⁊ ideo nō eſt ab aliquo turbatus: ſed ſicut
de illo ſupra dictuʒ eſt: turbauit ſemetipſuʒ.
CHRY. Appropinquās eniʒ de reliquo
cruci qđ humanū eſt oſtendit: ⁊ naturā nō va
lentē mori ſed pn̄ti adherentem vite oſtēdēs:
quoniā nō extra humanas paſſiones erat: ſi/
cut enim eſurire nō crimē eſt: ita neqʒ pn̄tem
vitam appetere: xp̄s aūt corpus a peccato mū
do hēbat: nō a naturalibus neceſſitatibꝰ exu/
tū: hoc igitur diſpenſatiōis eſt non deitatis.
AVGV. Deniqʒ hō q ſeq vult audiat q̄
hora ſequaẜ: acceſſit forte hora terribilis: ꝓpo
nitur optio: aut faciēde iniquitatis: aut ſub/
eunde paſſionis: turbaẜ aīa infirma. audi er/
go quid ſubiungit: Et qđ dicam? BEDA.
Hoc eſt qđ aliud niſi vt mēbra mea inſtruā/
tur? Pater ſaluifica me ex hac hora. AV/
GV. Docuit te quē inuoces: cuius volun/
tatē tue volūtati prepōas? nō ideo tibi videa
tur ex alto diffidere: q̄ te vult ab initio profi/
cere. hominis ſuſcepit infirmitatē: vt doceat
cōtriſtatum dicere nō qđ ego volo: ſed qđ tu
vis. vnde ⁊ hic ſubdiẜ: Sed pp. ve. i ho. hāc
pater clari. no. tu. i ſua. ſ. paſſione ⁊ reſurre/
ctione. CHRY. q. d. Nō habeo qđ dicā:
ereptionem querens. Propterea. n. veni in
horā hāc. ac ſi dicat: Etſi turbemur ⁊ tumul
tum patiamur: nō fugiamus mortem: q̄ ego
nunc turbatus nō dico vt effugiā: opʒ. n. fer
re qđ ſuperuenit. nō dico: Eripe me ex hora
hac ſed cōtrariū dico. ſ. clarifica nomē tuum:
oſtendit eni qm̄ pro veritate moritur gloriam
dei hoc vocās: ⁊ hoc euenit. futurū. n. erat vt
poſt crucē cōuerteretẜ orbis terrarū ⁊ cogno/
ſceret nomē dei ⁊ coleret nō ſolū patris ſʒ ēt
filij: ſed tamē hoc ſilet. Sequitur. Ve. ergo
vox. de ce. di. Et clari. ⁊ iterum clarificabo.
GREGO. xxviij. mo. Huiuſmōi vbis
per angelū loquitur deus: Et cū nil i imagie
oſtendiẜ: ſed ſupne vocis verba audiuntur: ⁊
nimirū de celeſtibus loquēs verba ſua q̄ au/
diri ab omnibus voluit rōnali creatura admi
niſtrāte formauit. AVGV. Clarificaui āt
dicit an̄q̄ʒ facerē mūdū: ⁊ iterū clarificabo. cū
reſurget a mortuis. Vel aliter. Clarificaui:
cū de virgine natus eſt: cū miracula multa fe
cit cū deſcendente ſpūſcō in ſpē colūbe mon/
ſtratus eſt: ⁊ iterū clarificabo. cum reſurget a
mortuis: cū exaltabitur ſuper celos deus ⁊ ſu
per oēm terrā gloria eius. Sequiẜ. Tur. er/
go q̄ ſta. ⁊ au. di. to. fa. eē. CHRY. Ap/
ta quidē ⁊ bene ſignificatiua erat vox: ſed cito
ab eis euolauit: quaſi a groſſioribus ⁊ carna/
libus ⁊ deſidioſis: ⁊ hi qdem ſonitū tm̄ reti/
nuerunt: alij vo qm̄ articulata erat vox noue
rāt: qđ āt ſignificauit n̄ adhuc de qbꝰ ſubdiẜ:
Alij dicebāt. Angelꝰ ei locutꝰ ē. Seqẜ: Rn̄.
ie. ⁊ di. Nō ꝓp. me hec vox ve. ſed ꝓ. vos.
AVGV. Hic oñdit illa voce nō ſibi indi
catum qđ iā ſciebat: ſed eis: qbꝰ indicari opor
tebat. Sicut aūt vox illa nō pp cū facta ē ſʒ ꝓ
pter eos: ſic aīa eius: nō ꝓpter ipſum ſed pp
eos turbata eſt. CHRY. Ad illud eni in/
ſtat. vox patris ꝙ ſemꝑ dicebāt qm̄ nō eſt ex
deo. qui. n. a deo glorificaẜ qualiter nō eſt ex
deo? Ubi vide ꝙ humilia ꝓpter eos facta ſūt
nō quaſi filio auxilio indigente. Quia ergo

dixit: Clarificabo: oſtendit cōſequēter ⁊ mo/
dū glorie. nā ſequit̄: Nūc iudiciū eſt mundi.
AVGV. Judiciū. n. qđ in fine expectat̄
erit premiorū penarūqꝫ eternarū: dicit̄ etiam
iudiciū nō dānationis: ſed diſcretiōis: hoc eſt
vocabat hic iudiciū diſcretionem. ſ. ⁊ a ſuis
redēptis diaboli expulſionē. vnde ſequitur:
Nunc ꝑnceps mundi huius eijciet̄ foras: ab
ſit vt diabolū principē mūdi ita dictū exiſtime
mus: vt eū celi ⁊ terre dn̄ari poſſe credam⁹:
ſed mundus appellatur in malis hominibus
qui toto orbe terrarū diffuſi ſunt. Sic ergo di
ctū eſt. Princeps huius mundi. i. princeps
malorū hoīum: q habitāt in mūdo. Appellat̄
ēt mundus in bonis: q ſimiliter ꝑ totū orbem
terrarꝫ diffuſi ſunt: iō dicit apoſtolus: Deus
erat in chriſto mundū recōcilians ſibi. hi ſūt:
ex quorꝫ cordibus pricipes mūdi eijcient̄ fo
ras. preuidebat. n. dn̄s poſt paſſionē ⁊ glori
ficationē ſuā ꝑ vniuerſum mundum multos
populos credituros: in quorū cordibus dia/
bolus intus erat: cui qn̄ ex fide renūciāt eijcit̄
foras. Sed nūquid de cordib⁹ veterꝫ iuſtorū
nō eſt eiectus foras? q̄uo ergo dictum eſt nūc
eijcietur foras: niſi q2 tūc qđ in hoībus pau/
ciſſimis factū eſt: nūc in multis magniſqꝫ po
pulis iam mox futurū eſſe predictū eſt. Quid
ergo ait: Quiſpiā? q2 diabol⁹ eijcit̄ foras: iā
fideliū neminē tētat: imo tētare nō ceſſat: ſed
aliud eſt intrinſecus regnare: aliud forinſec⁹
oppugnare. CHRY. Sꝫ quale ē iſtud iu
diciū quo diabolus foras eijcit̄: exēplo id fa/
ciā manifeſtū: ſit aliquis debitores expetēs ⁊
feriat: ⁊ in vincula mittat. Deinde ex eadem
dementia: ⁊ eū q nihil debet ſub eundē carce
rem ducat: hic ⁊ eorū que in alios fecit dabit
vindictam: ita ⁊ in xp̄o factū ē. Eorꝫ. n. q̄ dia
bolus in nos fecit: ꝑ ea q̄ in chriſtū auſus eſt
ſuſtinebit vindictam: ⁊ ne qs dicat: Qualiter
mittetur foras: ſi te ſuperabit? ſubiungit. Et
ego ſi exal. fue. a ter. om. tra. ad meipꝫ. Qua
liter eni ſupat̄ qui ⁊ alios trahit: hoc aūt plus
fuit dicere q̄ꝫ reſurgam. Si. n. hoc dixiſſet:
nōdū manifeſtū eēt q trakeret: dicendo Xo:
Trahā: vtrūqꝫ demonſtrat. AVGV. Sꝫ
q̄ oīa trahit: niſi ex qbus diabolus eijcitur fo
ras: nō autem dixit Oēs: ſꝫ Oia: nō. n. oī/
um eſt fides nō itaqꝫ hoc ad vniuerſitatē ho/
minum retulit: ſꝫ ad creature itegritatem. i.
ſpūm ⁊ aīam ⁊ corpus. ad illud. ſ. qđ intelli/
gim⁹ q viuim⁹: q viſibiles ſum⁹: aut: ſi oīa
ipſi hoīes itelligēdi ſunt: oīa prediſtinata ad
ſalutē poſſumus dicere: aut certe oīa hominū
genera ſm̄ inumerabiles differētias qb⁹ iter
ſe preter ſola pctā hoīes diſtāt. CHRY.
Qualiter igitur ſupra dixit: qm̄ pater trahit?
q2. ſ. filio trahēte pater trahit. Dicit autē tra
hā: q̄ſi a tyrāno detētos: ⁊ per ſeipſos neque
untes accedere: ⁊ illius man⁹ effugere. AV
GV. Sed ſi exaltatus inquit fuero a terra:
hoc eſt cū exaltatus fuero: nō. n. dubitat futu
rum eſſe qđ venit implere: nam exaltationē
ſuā dixit in cruce paſſionem: vnde euangeli/
ſta ſubdit. Hoc autem dixit, ſignificās q̄ mor
te eſſet moriturus.

¶ Reſpondit ei turba. Nos audiui/
mus ex lege: quia chriſtus manet i eter/
nū. Q̄uo tu dicis oꝫ exaltari filiū hoīs
Et quis ē iſte fili⁹ hoīs? Dicit ergo eis
ieſus: Adhuc modicum lumen in vo/
bis eſt. Ambulate dum lucē habetis:
vt non vos tenebre comprehendant.
Et qui ambulat in tenebris neſcit quo
vadat. Dum lucem habetis: credite in
lucē: vt filij lucis ſitis. Hec locut⁹ eſt ie
ſus: ⁊ abijt ⁊ abſcondit ſe ab eis.

AVGV. Cū intellexiſſent iudei q domi/
nus de ſua morte dixiſſet, ꝑponūt ei q̄ſtionē
q̄uo ſe diceret moriturꝫ: vn̄ dicit̄: Reſpōdit
ei tur. Nos audi. ex le. q2 chriſtus manet in
eter. q̄uo tu di. opor. exal. filiū hoīs? Memo
riter tenuerunt q dominus aſſidue dicebat ſe
eſſe filium hoīs. nā hoc loco nō dixit: Si ex/
altatus fuerit filius hoīs: ſꝫ ſuperi⁹ dixerat:
Venit hora vt clarificetur filius hominis: h
ergo in animo retinētes inquiunt. Si chriſt⁹
manet i eternū: quomodo exaltabit̄ a terra. i.
q̄uo crucis paſſiōe morietur? CHRY. Hic
ē videre: qm̄ multa eorꝫ q̄ ꝑabolice dicebant
itelligebant. q2. n. preuenit de morte diſpu/
tās: audiētes hic exaltationē ſuſpicati ſunt h.
AVGV. Vel hoc eum dixiſſe intellige/
bant: quod facere cogitabant: non ergo eis
verborum iſtorum obſcuritatem apuit infu/
ſa ſapientia: ſed ſtimulata conſcientia. CH/
RY. Et vide qualiter malicioſe interro/
gant. non enim dixerunt: Nos audiuimus

ex lege quia chriſtus nihil patitur. In multis
enim ſcripturarum locis: ⁊ paſſio ⁊ reſurre/
ctio ſimul ponit̃: ſed quoniã manet ĩ eternũ:
⁊ nimirũ hoc nõ erat cõtrariũ. Immortalitati
eni per paſſionem nõ eſt factum impedimen
tũ: ſed eſtimauerũt ꝑ hoc oſtendere cũ non eẽ
chriſtum: qm̃ chriſtus manet in eternũ: dein/
de ſubdũt: Quis eſt iſte fili⁹ hominis: ⁊ hoc
malicioſe. q. d. Non dicas ꝙ propter odium
tuũ hoc dicamus: ecce eniꝫ non nouimus de
quo dicis. Sed chriſtus reſpondit: oſtendẽs
quoniã paſſio nõ prohibet manere eum ĩ eter
num. vnde ſubditur: Dixit ergo eis ieſus:
Adhuc modi. lu. ĩ vobis ẽ. q. d. Adhuc par
uo tempore ego lux vobiſcũ ſum: ꝑ hoc oſten
dens ꝙ mors eius trãſmigratio eſt: eteni lux
ſolaris nõ iterimit̃: ſed parũ recedẽs rurſus
apparet. AVGV. Vel aliter. Modicum
lumen in vobis eſt: per hoc qđ intelligitis: qꝛ
chriſtus manet in eternũ. ergo ambulate: acce
dite: totũ intelligite: ⁊ moriturũ chriſtũ ⁊ victu
rum in eternũ duꝫ lucẽ habetis. CHRY.
Hic dicit tempus totum preſentis vite: ⁊ ãn
crucẽ ⁊ poſt crucem. multi enim poſt crucem
crediderunt in eum: vt non tenebre vos cõ/
prehendant. AVGV. Si. ſ. eo modo cre/
dideritis chriſti eternitatem: vt negetis in eo
mortis humilitatẽ. Sequitur: Et q am. ĩ tene.
ne. quo vadat. CHRY. Quãta deniqꝫ iu
dei nũc agunt ⁊ neſciunt quid agunt ſed vt ĩ
tenebris ãbulãtes: putant qdem rectam ice/
dere viam: cõtrariam autẽ vadunt: propterea
ſubdit: Dum lucem habetis: credite in luceꝫ.
AVGV. Ideſt dum aliquid veri habetis
credite in veritatem: vt renaſcamini veritati.
vnde ſequitur: Vt filij lu. ſitis. CHRY.
Quod eſt filij mei. In principio autem euã/
geliſta dicit: ꝙ ex deo nati ſunt: hoc eſt ex pa/
tre: hic autem ipſe dicit̃ hos generare: vt di
ſcas quoniam vna eſt actio patris ⁊ filij. Se/
quitur: Hec locutus eſt ieſus: ⁊ abijt ⁊ abſcõ
dit ſe ab eis. AVGV. Non ab eis q cre/
dere ⁊ diligere ceperũt: ſed ab eis q videbãt:
⁊ inuidebant. Cum autem ſe abſcõdit: noſtre
infirmitati conſuluit: nõ ſue poteſtati deroga
uit. CHRY. Sed cum nec lapides leua/
rent nec blaſphemarent: cuius gratia occulta
tus eſt: Corda enim rimatus nouerat furorẽ
in eis ſeuientem: ⁊ nõ expectauit: vt in opus
exirent: ſed occultat̃ mitigãs eoꝝ inuidiam.

Feria. iij. Marci. xiiij. xv. capi.
paſſio.

ERat paſcha ⁊ azima poſt
biduum ⁊ querebant ſum
mi ſacerdotes ⁊ ſcribe quo
modo eum dolo tenerent
⁊ occiderent. Dicebant
enim: Non in die feſto: ne forte tumul
tus fieret in populo.
HIERO. Nunc aſpergamus librũ nr̃ꝫ.
de ſanguine: ⁊ limina domorũ: ⁊ funẽ cocci/
neum circũdemus domui orõnis nr̃e: ⁊ coc/
cum ĩ manu noſtra: vt ⁊ are ligemus vaccaꝫ
ruffam: ⁊ ĩ valle occiſam enarrare poſſimus.
De chriſti. n. occiſione narraturus euangeli
ſta premittit: Erat aũt paſcha ⁊ azima poſt bi
duum. BEDA. Paſcha quidẽ hebraice di
citur phaſe: nõ a paſſione vt pleriqꝫ arbitran
tur: ſed a tranſitu noiatur: eo ꝙ exterminator
videns ſanguinẽ in foribus iſraelitaꝝ ꝑtran
ſierit nec ꝑcuſſerit eos: vel ipſe dñs prebens
auxiliũ populo ſuo deſuper ãbulauit. HIE
RO. Vel paſcha tranſitus ĩterpretat̃. pha/
ſe ꝓ imolatio. De imolatione agni ⁊ tranſi
tu populi per mare vel per egyptum. Prefi
gurat̃ aũt paſſio chriſti ⁊ redẽptio populi de
inferno: quãdo nos poſt biduũ viſitat. i. ple/
niſſima luna etate chriſti perfecta: vt nec cum
aliqua pte tenebroſa carnes agni immaculati
qui tollit peccata mundi in vna domo: que eſt
eccleſia catholica: calciati charitate: ⁊ armati
virtute comedamus. BEDA. Hoc autem
iuxta veteris inſtrumenti ſcripturã inter pa/
ſcha ⁊ azima diſtãt: ꝙ paſcha ipſe ſolus dies
appellatur: in quo agnus occidebat̃ ad veſpe
ram: hoc ẽ. xiiij. luna menſis p̃mi. xv. autem
luna quando egreſſum eſt de egypto ſuccede
bat feſtiuitas azimorum: que ſeptẽ diebus. i.
vſqꝫ ad. xxi. diem eiuſdẽ menſis ad veſperã
ẽ ſtatuta ſolẽnitas. verum euãgeliſte idifferẽ
ter ⁊ diem azimorũ ꝓ paſcha: ⁊ ꝓ diebus azi
morum paſcha ponere ſolẽt. vnde ⁊ marcus
h dicit. Erat aũt paſcha ⁊ azima poſt biduũ:
qꝛ ⁊ paſche dies ĩ azimis panibus eſt celebra
ri precept⁹: ⁊ nos q̃ſi paſcha ꝑpetuum facien
tes: ſemꝑ ex hoc mundo trãſire precipimur.
HIERO. A principibus aũt egreſſa ẽ ini/

quitas i babylone: qui templum ⁊ vaſa ⁊ ſe
purificare ſcḋm legē ad eſum agni debuerant.
vnde ſequitur: Et quere. ſum. ſacer. ⁊ ſcri.
quomodo cū dolo tene. ⁊ occiderent. Occiſo
autem capite totum corpus inerue efficitur.
vnde miſeri faciunt ꝙ caput moriatur: Vi/
tant autem diem feſtum q euenit illis: nō eni
eſt feſtiuitas his qui vitam ⁊ miſericordiam
perdiderunt: vnde ſequitur: Dicebant autē:
Non in die feſto ne forte tumultus fieret in
populo. BEDA. Non quidē metuētes ſe/
ditionem vt ſimplex ſermo demonſtrat: ſ; ca
uētes ne auxilio populi de ſuis manibꝰ tolle
ret. THEO. Ipſe tamen chriſtus tp̄s ſibi
conſtituerat paſſionis: voluit. n. in paſchate
crucifigi: quia ipſe verum erat paſcha.

¶ Et cum eſſet bethanie in domo ſy
monis leproſi: ⁊ recumberet: venit mu
lier habens alabaſtrum vnguenti nar/
di ſpicati precioſi: ⁊ fracto alabaſtro ef/
fudit ſuper caput eius. Erant autē qui
dam indigne ferētes intra ſemetipſos:
⁊ dicētes: Vt quid perditio iſta vnguē
ti facta eſt? Poterat enim vnguentu;
iſtud venundari pluſq̄ trecentis dena/
rijs: ⁊ dari pauperibus. Et fremebāt
in eam. Jeſus autem dixit: Sinite eā.
Quid illi moleſti eſtis? Bonu; opus
operata eſt in me. Semper enim pau
peres habetis vobiſcum: ⁊ cum volue
ritis poteſtis illis benefacere: me aute;
non ſemper habebitis. Quod habuit
hec fecit: preuenit vngere corpus meu;
in ſepulturam. Amen dico vobis: vbi
cūq; predicatum fuerit euangeliū iſtud
in vniuerſo mundo: ⁊ ꝙ fecit hec narra
bitur in memoriam eius.

BEDA. Paſſurus dn̄s ꝓ toto mundo et
vniuerſas nationes ſub ſanguine redēptu/
rus: moratur in bethania. i. in domo obediē/
tie. vnde dicitur: Et cū eēt be. in do. ſi. lepro.
⁊ recū. venit mulier. HIERO. Minulꝰ
enim ſeruoꝝ ſemꝑ ad lectū ſuū redit. i. filius
patri obediēs vſq; ad mortem: a nobis obe/
dientiam petit. BEDA. Dicit aūt: Simo/
nis leproſi nō ꝙ leproſus illo tp̄e ꝑmaneret:
ſed ꝙ antea leproſus: poſtea a ſaluatore mun
datus eſt noīe priſtino ꝑmanente: vt virtꝰ cu
rantis appareat. THEO. Quāuis āt q̄tu
or euāgeliſte vnguētū mulieris cōmemora/
rent: non eſt tamē vna: ſed due. vna qdem q̄
deſcribi a ioanne: q̄ ſoror eſt lazari: q̄. ſ. ante
ſex dies paſche vnxit pedes ieſu: alia vero q̄
a reliquis tribus euāgeliſtis deſcribitur. Ad
huc āt ſi attendas: inuenies has tres eē. A io
hanne enim vna deſcribitur. altera vō a Lu
ca: a duobus vero reliquis altera. Que enim
a luca deſcribitur meretrix eē dicitur: in me/
dio predicationis tempore ad ieſum veniſſe.
Hec vero q̄ a mattheo ⁊ marco deſcribitur:
dicitur in tempore paſſionis veniſſe non con
fitente; ſe peccatricem. AVGV. de con.
euan. Ego autem nihil aliud intelligendum
arbitror: niſi ꝙ non aliam quidem fuiſſe mu/
lierē: q̄ peccatrix tunc acceſſit a pedes ieſu: ſ;
eandem mariā bis hoc feciſſe: ſemel. ſ. qḋ lu/
cas narrauit cū primo accedens cum humili/
tate ⁊ lachrymis: meruit peccatoꝝ remiſſiōe;.
nam ⁊ hoc ioānes cōmemorauit: cum de la/
zaro reſuſcitando cepiſſet loqui: anteq̄; veni/
ret in bethaniam dicens: Maria autem erat
q̄ vnxit dn̄m vnguēto: ⁊ exterſit pedes eiꝰ ca
pillis ſuis: cuius frater lazarus īfirmabatur.
Quod āt i bethania rurſus fecit: aliud eſt qḋ
ad luce narrationem nō pertinet: ſed pariter
narrat a reliquis tribus. Qḋ ergo matthꝰ et
marcus caput dn̄i vnguento illo perfuſu; di
cunt: Joannes aūt pedes: accipiamus nō ſo/
lum caput: ſed etiam pedes domini perfudiſ
ſe mulierē: niſi forte quoniā marcus fracto
alabaſtro perfuſum caput cōmemorat: tā qſ/
q; calūnioſus eſt: vt in vaſe fracto neget ali/
quid remanere potuiſſe vnde ēt pedes domi
ni ꝑfunderet. Sed religioſius cōtēdet aliqs
nō ita fractum eē: vt totum effunderet: vel ꝓ/
us accipiat perfuſos pedes: anteq̄; illud fra/
ctum eſſet: vt i integro remaneret. vnde etia;
caput perfunderetur. BEDA. Eſt autem
alabaſtrum genus marmoris candidi: varijs
coloribus intercincti: quod ad vaſa vnguen/
taria cauare ſolent: eo ꝙ optime ſeruare ea in
corrupta dicatur. Nardus vero ē frutex aro/
maticus grandi vt aiunt ⁊ craſſa radice: ſ; bre
ui ac nigra fragiliq;. Quāuis āt pīguis ſit ta
men redolet vt cupreſſus aſpero ſapore: ſo/

lio paruo denſoq̄ȝ: cui⁹ cacumina ī ariſtas ſe
ſpgūt: ideoq̄ȝ gemina dote pigmētarij nardi
ſpicas ac folia celebrāt. Et h̄ ē qḋ ait marc⁹:
Vnguēti nardi ſpicati precioſi. q̄z vȝ vnguē
tū illud qḋ attulit maria dn̄o: nō ſolū de radi/
ce cōfectū ē nardi: veꝝ etiā quo precioſi⁹ cēt:
ſpicaꝝ quoq̄ȝ filioꝝ eius adiectione odoꝛ ac
virtutis illi⁹ erat accumulata grā. THEO.
Vel ſic in greco dicitur: Nardi piſtici. i. fide
lis: eo q̄ vnguētū nardi erat abſq̄ȝ dolo cuȝ fi
de cōfectū. AVGV. De cō. euā. Pōt aūt
videri cōtrariū q̄ mattheus ꝛ marcus poſtea
q̄ȝ dixerūt: paſcha ꝛ biduū. deinde cōmemo/
rauerunt q̄ erat ieſus in bethania: vbi de illo
p̄cioſo vnguēto dr̄. Joānes aūt ante ſex dies
paſche dicit ieſum veniſſe in bethaniā: de eo
dē vnguēto narraturus. Sed q ita mouent̄:
nō ītelligūt mattheū ꝛ marcuȝ illud qḋ in be/
thania de vnguēto factū erat: nō poſt illā pre
dicationē de biduo ſed adhuc cū ſex dies eēnt
ante paſcha recapitulando poſuiſſe. HIE/
RO. Myſtice aūt ſymon leproſus mūduȝ
īfidelem primo: ꝛ poſtea fidelem ſignificat.
mulier aūt cū alabaſtro eccleſiaſticā fidē: q̄ di
cit: Nardus mea dedit odoꝛē ſuum. Piſtica
nardus dr̄. i. myſtica ꝛ precioſa. Domus im
pleta odoꝛe celū ꝛ terra eſt. Fractū alabaſtrū:
carnale deſideriū ē: quod frangit̄ ad caput ex
quo oē̄ corpus cōpaginatū ē. recūbēte ipſo. i.
humiliāte ſe vt eū tangeret fides peccatricis:
q̄ de pedibus aſcēdit ad caput: ꝛ ad pedes a
capite diſcēdit p fidē. i. ad xp̄ȝ ꝛ ad mēbra ei⁹
Sequit̄: Erat āt qdā idig. ferē. itra ſemetip.
dicē. vt qd pdi. iſta? Per ſynodochen dicit̄
vnus pro multis: ꝛ multi pro vno. Perdi/
tus. n. iudas de ſalute pditionē īuenit: ꝛ ī vi
te fructifera mortis laquēs naſcit̄. Sub pre/
textu aūt auaritie myſteriū fidei loquitur. Et/
eni noſtra fides trecētis emit̄ denarijs in de/
cem ſenſibus: interioꝛibus. ſ. ꝛ exterioꝛib⁹. ſ.
per corpus ꝛ aīam ꝛ ſpūm triplicatis. BE/
DA. Qḋ āt dicit: Et fremuerūt ī eā: neq̄q̄ȝ
debemus de diligentibus xp̄m apoſtolis di/
ctum credere: ſed de iuda potius ſub nume/
ro plurali. THEO. Vel cōuenienter vide
tur inui q̄ diſcipuli plureſ mulierē arguerūt:
eo q̄ ſepe xp̄m audierant de elemoſyna docē
tē. Judas xo non eadē intentione idigne tu
lit: ſed pp amoꝛē pecunie ꝛ turpe lucrū: vnde
ꝛ ioannes ipſum ſoluȝ cōmemoꝛat tāq̄ȝ frau
dulenta intentione mulierē arguentem. Di/
cit aūt: Et fre. in eā. i. moleſti erant ei expro/
brantes ꝛ iniurias inferentes. Arguit auteȝ
dominus diſcipulos eo q̄ deſiderium impe/
diunt mulieris: vnde ſequitur: Jeſus autem
dixit: Sinite eā quid illi moleſti eſtis? Poſt/
q̄ȝ enim munus obtulerat: illam p obpꝛobria
peruertebant. ORIGE. ſuper mat. Do/
luerunt. n. de perditione vnguenti: qḋ pote/
rat venūdari multo precio ꝛ dari pauperib⁹.
tamen non debebat fieri hoc: q̄z conueniens
erat vt ſuper caput chꝛiſti funderetur ſancta
ꝛ decenti infuſione vnde ſequitur. Bonum
opus operata eſt in me. Vſq̄ȝ adeo auteȝ effi
cax eſt laus huius operis boni: vt exhoꝛtetur
nos omnes odoꝛiferis ꝛ precioſis operibus
implere domini caput: vt de nobis dicatur:
Quia bonum opus fecimus ſup caput chꝛi/
ſti: quia ſemper quidē habem⁹ q̄ȝdiu ī hac vi
ta ſumus pauperes nobiſcum ꝛ opus habē
tes cura eoꝝ qui profecerūt in verbo ꝛ diui/
tes facti ſunt ī ſapientia dei. Non auteȝ poſ
ſunt ſufficere vt ſemper diebus ꝛ noctib⁹ ha/
beant ſecum filium dei. i. verbum ꝛ ſapiam
dei. Sequitur. n. Semper. n. pauperes hē/
betis vobiſcū: ꝛ cum volueritis poteſtis illis
benefacere: me autem non ſemp habebitis.
BEDA. Mihi quidem videtur in hoc lo/
co de preſentia coꝛpoꝛali locutus: q̄ nequaq̄ȝ
cum eis ita futurus ſit poſt reſurrectionē quo
modo tunc in omni conuictu ꝛ familiaritate.
HIERO. Dicit etiam: Bonum op⁹ ope
rata eſt in me: quia qui credit ī deum: reputa/
tur ei ad iuſticiā. Aliud eſt. n. credere ei: ꝛ ali
ud credere in eū. i. totū eijcere te in illū. Se/
quitur: Qḋ habuit. i. qḋ potuit hoc fecit: pre/
uenit vngere coꝛpus meum ī ſepulturā. BE
DA. Quaſi diceret: Vos putatis perditio/
nē eē vnguēti: officiū ſepulture ē. THEO.
Preuenit enim quaſi a deo ducta vngere coꝛ
pus meum in ſignuȝ ſepulture future: ī quo
proditoꝛem cōfundit: ac ſi ei diceret. Qua cō
ſcientia mulierem confundis qui in ſepultu/
rā coꝛpus meum vngit: teipſum vero nō cō/
fundis qui me in moꝛtem trades? Prophe/
tizat autem dominus conſequenter duas p/
phetias. ſ. q̄ euangelium eius predicabitur ī
vniuerſo mundo: ꝛ q̄ opus mulieris lauda/
bitur. vnde ſequitur: Amen dico vobis: vbi
cūq̄ȝ predicatum fu. ꝛc̄. BEDA. Notādū

autem q ſicut maria gloriam adepta eſt in to
to orbe de obſequio qd domino exhibuit: ita
econuerſo ille qui obſequio eius detrahere nõ
timuit: longe lateq infamatus eſt. ſed domi/
nus bonum laude digna remunerans: futu/
ras impij contumelias tacendo preterijt.

¶ Et iudas ſchariotes vnus de duo
decim abijt ad ſummos ſacerdotes: vt
proderet eum illis. Qui audientes ga
uiſi ſunt: ⁊ promiſerunt ei pecuniam ſe
daturos. Et querebat quomodo illũ
oportune traderet.

BEDA. Infelix iudas dãnum quod ex ef
fuſione vnguenti feciſſe credebat: vult magi
ſtri precio compenſare: vnde dicitur: Et iu.
ſca. vnus de duo. abijt ad ſum. ſa. vt prode/
ret eũ illis. CHRY. in ſer. de paſ. Quid
mihi eius patriam dicis vtinam ipſum quo/
q neſcire licuiſſet. Sed alter erat diſcipulus
qui iudas Jacobi zelotes vocabatur: ⁊ ne ap/
pellatione cognouimus fiat cõfuſio perſona/
rum: ꝓpterea hunc ab illo ſeparauit. Nõ aũt
dixit: Judas proditor: vt doceat detractatiões
neſcire ⁊ accuſationes declinare. Quod autẽ
dicit: Vnus de. xij. auget deteſtabilitatẽ ꝓdi
toris. nam ⁊ alij diſcipuli erant: q fuerãt nu/
mero. lxx. ſed illi non intimi: nõ tãta cõfiden
tia ſociati ſunt: iſti autẽ. xij. fuerũt cõprobati.
hec erat caterua legalis de qua proditor mali
gnus exiuit. HIERO. Vnus tamen erat
de. xij. numero: non vnus merito: vnus cor
pore: nõ vnus aĩo. Abijt aũt ad prĩcipes poſt
q̃ exijt ⁊ intrauit in eum ſathanas: vnũqdq/
q aĩal ad ſimile ſibi iungitur. BEDA. Qd
autem dixit: Abijt. oſtendit eum nõ a princi/
pibus inuitatum: non vlla neceſſitate cõſtri/
ctum: ſed ſponte propria ſcelerate mẽtis iniſ
ſe conſilium. THEO. Dicit autem vt pro
deret eum illis. i. vt annunciaret illis quãdo
ſolus exiſteret. Timebant aũt in eum irruere
quãdo docebat propter turbã. HIERO.
Promittit aũt ſe tradere vt magiſter eius dia/
bolus ante dicebat: Tibi dabo ptãtẽ hãc vni
uerſam: Sequitur: Qui audiẽtes gauiſi ſũt:
⁊ promi. ei pecu. ſe. da. Promittunt quidẽ
pecuniam: ⁊ amittunt vitam quam ipſe reci/
pit cum vitam amittit. CHRY. in ſer. de
paſ. O dementiam: immo cupiditatem pro/
ditoris. cuncta enim mala cupiditas procrea/
uit: Nam cupiditas captas animas retinet: ⁊
omnibus nodis alligatas conſtringit: ⁊ rerũ
obliuionem imponit: ⁊ alienationem mentis
oſtendit. Ab hac iudas captiuus cupiditatis
inſania: conuerſationis: menſe: diſcipulatus:
admonitionis: ſuaſionis: oblitus eſt. Nam
ſequitur: Et querebat quomodo eum oportu
ne traderet. HIERO. Sed opportunitas
doli nunq̃ inuenitur: vt non vindicetur hic
aut illic. BEDA. Multi hodie ſcelus iude
q dominum ac magiſtrum deumq ſuum pe
cunia vendiderit: velut immane ⁊ nephariũ
exhorrent: nec tamen cauent. nam cum ꝓ mu
neribus charitatis ⁊ veritatis iura ſpernunt:
deum qui eſt charitas ⁊ veritas produnt.

¶ Et primo die azimorum quando
paſcha immolabant dicunt ei diſcipu/
li: Quo vis eamus ⁊ paremus tibi vt
manduces paſcha? Et mittit duos ex
diſcipulis ſuis: ⁊ dicit eis: Ite in ciuita
tem: ⁊ occurret vobis homo lagenam
aque baiulans. Sequimini eum: ⁊ quo
cũq introierit dicite domino domus
quia magiſter dicit: Vbi ẽ refectio mea:
vbi paſcha cum diſcipulis meis mãdu
cem? Et ipſe vobis demonſtrabit cena
culum grande ſtratũ: ⁊ illic parate no
bis. Et abierunt diſcipuli eius: ⁊ vene
runt in ciuitatẽ: ⁊ inuenerunt ſicut di
xerat illis: ⁊ parauerunt paſcha.

CHRY. in ſermone de paſ. Quando
de iudas d traditiõe tractabat: alij diſcipuli ſũt
d preparatiõe paſche ſolliciti. vnde dicit: Et
primo die azi. quando paſcha im. di. ei. diſci.
Quo uis eamus ⁊ paremus tibi cõ. paſcha?
BEDA. Primum diem azimorum. xiiij.
diẽ pmi menſis appellat: qñ fermẽto abiecto
imolare. i. agnũ occidere ſolebãt ad veſperã:
qd exponẽs apoſtolus ait: Paſcha noſtrum
immolatus eſt chriſtus. q lz die ſequẽti. i. xv.
luna ſit crucifixus attamen nocte qua agnus
immolabatur: ⁊ corporis ſanguiniſq ſui tra
dens myſteria celebranda: ⁊ a iudeis tẽtus ac

ligatus: ipſius imolatōis: hoc ē paſſionis ſue
ſacrauit exordium. HIERO. Azima vo
que cū amaritudine. i. lactucis agreſtibꝰ man/
ducant: redēptio noſtra eſt: amaritudo vero
paſſio dn̄i. THEO. Ex hoc aūt ꝙ dicunt
diſcipuli: Quo vis eamus? manifeſte videt
ꝙ chriſtus hoſpitiū aliquod nō hēbat: ſed ne/
qꝫ diſcipuli proprias domos: ſi eni habuiſ/
ſent: duxiſſent eum ad illas. HIERO.
Dicunt etiam. Quo vis eamꝰ? vt cū volunta
te dei dirigamus greſſus noſtros: dn̄s autē
indicat cū quo manducat paſcha: ⁊ more ſuo
mittit duos: qđ ſupra expoſuimꝰ. vnde ſequi
tur: Et mittit du. ex diſci. ſu. ⁊ di. eis. Ite i ci
ui. THEO. Mittit qdem ex diſcipulis ſu
is petrū. ſ. ⁊ ioannem vt lucas dicit ad igno/
tum hominē: innuens ex hoc ꝙ poſſet nō pa
ti. Nam qui mentē ignoti nouit vt ipſos re
ciperet: qđ non operaretur in alijs? Dat etiā
eis ſignū vt domū. ſ. inueniret cū ſubdit: Et
occurret vobis hō la. aque baiulās. AV/
GV. de con. euan. Marcus lagenam dicit
quā lucas amphorā: ille vaſis genus: iſte mo
dum ſignificauit: vterqꝫ veritatē ſnīe cuſto/
diuit. BEDA. Indiciū autem p̄ſētie diui/
nitatis ē: ꝙ cū diſcipulis loquēs qđ alibi futu
rum ſit nouit. vnde ſequit: Et abi. diſci. eiꝰ ⁊
ve. in ciui. ⁊ inue. ſicut dixit illis ⁊ pa. paſ.
CHRY. in ſer. de paſ. Non illud qđ nr̄ꝫ:
ſed interim iudeorū: illud aūt qđ noſtrū ē nō
ſolū cōſtituit: ſed ipſe factus eſt paſcha. Sed
⁊ cur illud māducauit? q: factus eſt ſub lege:
vt eos q ſub lege erāt redimeret: ⁊ ipſe legi
requiē daret: ⁊ vt nemo dicat: ꝙ iō eā euacua
uerit: q: eā iplere vt moleſtā ⁊ arduā nō va/
luit ipſe prius eā cōpleuit: ⁊ ſic fecit eam re ge
ſcere. HEIRO. Myſtice aūt ciuitas eccle
ſia ē: que muro ſidei cingitur. hō occurrens
populus primitiuꝰ eſt: amphora aque: lex lit
tere. BEDA. Vel aqua: lauacrū gr̄e: lage
na fragilitatem deſignat eorum per quos ea/
dem erat gr̄a mūdo monſtrāda. THEO.
Lagenā aque portat qui baptizatus ē. q autē
baptiſma baiulat: venit ad requiem ſm rōnē
viuens: ⁊ ſicut in domo requie potitur. vnde
ſubdit: Sequimini eum. HIERO. Qui
. ſ. ducit in altū vbi eſt refectio chriſti. Dn̄s
domus petrus apoſtolus eſt: cui dn̄s domū
ſuam credidit: vt ſit vna fides ſub vno paſto
re. Cenaculum grande eccleſia magna eſt: in
qua narratur nomen domini ſtrata varietate
virtutum ⁊ linguarū. BEDA. Vel cena/
culum magnū ſpūaliter lex eſt: que de angu/
ſtijs littere egrediens ⁊ ſublimi loco. i. i alto
mētis ſolario recipit ſaluatorē. Cōſulte autē
ſiue aque baiuli: ſiue domini domus ſunt pre
termiſſa vocabula: vt omnibus verū paſcha
celebrare volentibus: hoc eſt chriſti ſacramen
tis imbui. eumqꝫ ſue mentis hoſpitio ſuſci/
pere querentibus: facultas danda ſignetur.
THEO. Vel dn̄s domus intellectus eſt:
qui oſtendit cenaculum grande. i. altitudinē
intelligentiarum. quod ⁊ ſi altum ſit: tamē ni
hil habet vaneglorie ⁊ tumoris: ſed ſternitur
⁊ planum fit humilitate. Ibi autē. i. itali mē
te paſcha chriſto paratur a petro. ſ. ⁊ ioāne. i.
ab actione ⁊ contemplatione.

¶ Veſpere autem facto: venit cum
duodecim. Et diſcumbentibus eis et
manducantibus ait ieſus: Amen dico
vobis: quia vnus ex vobis tradet me
qui manducat mecum. At illi ceperūt
contriſtari ⁊ dicere ei ſingulatim. Nū
quid ego? Qui ait illis: Vnus ex duo
decim qui intingit mecum manum in
catino. Et filius quidem hominis va/
dit: ſicut ſcriptum eſt de eo. Ve autem
homini illi: per quē filius hominis tra
detur. Bonum erat ei ſi non eſſet na/
tus homo ille.

BEDA. Dominus qui de ſua paſſiōe pre
dixerat: etiam de proditore predicit: dans lo/
cum pnīe: vt cū intellexiſſet ſciri cogitatōnes
ſuas peniteret eū facti ſui. vnde dicitur: Ve/
ſpere autem fac. ve. cū. xij. ⁊ diſcū. eis ⁊ mā.
ait ieſus: Amen dico vobis quia vnus ex vo
bis me tradet: q māducat mecū. CHRY.
in ſer. de paſ. Vbi patet ꝙ non aperte cū oī/
bus publicabat: ne impudentiorem eum face
ret: nec etiam penitus ſilētio preteribat: ne ce
lari arbitratus: audacter ad proditionem pro
peraret. THEOPHI. Sed quomodo
diſcumbentes cenabant: cum lex preciperet:
ꝙ ſtantes erecti deberent paſcha comedere?
Probabile autem eſt prius eos adimpleſſe

paſcha legale: deinde diſcubuiſſe: icipiēte eo proprium tradere paſcha. HIERO. Veſpera autem diei: veſperam indicat mundi. Circa vndecimā nāq3 horam venerūt nouiſſimi: qui primi denarium eterne vite acceperūt. Omnes igitur diſcipuli tangūtur a domino: vt fiat armonia cithare: omnes nerui bn̄ ſuſpenſi conſona voce reſpondent. Nam ſequitur: At illi ceperunt contriſtari: ⁊ dicere ei ſingulatim: Nunquid ego? Vnus autem remiſſus ⁊ pecunie amore madefactus dixit: Nunqd ego ſum rabi? ſicut in mattheo legit. THEOPHI. Ceperunt autem alij diſcipuli contriſtari propter domini verbum. Nam etſi extra hanc exiſterent paſſionem: magis tamen credunt illi qui omnium nouit corda q̄3 ſibi. Sequitur: Qui ait illis: vnus ex duodecim: qui intingit mecum manum ī catino. BEDA: Judas ſcilicet qui ceteris contriſtatis: ⁊ retrahentibus manum cū magiſtro manum mittit in catinum. Et qꝛ pri⁹ dixerat: Vnus ex vobis me tradet. perſeuerat proditor in malo: manifeſtius arguit: ⁊ tamen nomen proprium non deſignat. HIERO. Dicit autem vnus de duodecim: quaſi ab eis ſeparatus: ſeparat enim ſeorſum lupus ouem quam capit. Quis que de ouili egreditur: lupi morſibus patet: Judas autem nec primo: nec ſecundo correptus a proditione retrahit pedem. vnde pena predicitur: vt quē pudor non vicerat: corrigant denunciata ſupplicia. ⁊ hoc eſt quod ſubditur: Et filius quidem ho. va. ſicut ſcriptum eſt de eo.

THEOPHI. Per hoc quod dicitur: Vadit: oſtenditur q̄ mors chriſti fuit volūtaria ⁊ non neceſſaria. HIERO. Sed qꝛ multi bonum vt iudas faciunt: ſed omnino illis non proficit: recte ſubditur: Ve autem ho. illi per quem fi. ho. tradetur. BEDA. Sed ⁊ hodie quoq3 in ſempiternum vt illi homini: qui ad menſam domini malignus accedit. Et enim ille in exemplum iude filium hominis tradit: non quidem iudeis peccatoribus: ſed tamen peccatoribus mēbris ſuis. Sequitur: Bonum erat ei: ſi non eſſet nat⁹ homo ille. HIERO. Scilicet intimo latēs vtero materno: melius enim eſt non eſſe: q̄3 ad tormenta eſſe. THEOPHI. Quantum enim ex fine melius fuiſſet ei q̄ eſſet ſi non proditor exiſteret: nam deus fecit ipſum ad opera bona: ſed poſtq̄3 ad tantam deuenit maliciam melius fuiſſet ei ſi natus nō fuiſſet.

¶ Et manducantibus illis: accepit ieſus panem: ⁊ benedicens fregit: ⁊ dedit eis: ⁊ ait: ſumite: hoc eſt corpus meum. Et accepto calice gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. Et ait illis. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti: qui pro multis effundetur. Amen dico vobis q̄ iam non bibam de genimine vitis: vſq3 in diem illum cum illud bibam nouum in regno dei.

BEDA: Finitis paſche veteris ſolemnijs tranſit ad nouum vt. ſ. pro carne agni ac ſanguine: ſui corporis ſanguiniſq3 ſacramentū ſubſtitueret. vnde dicitur: Et man. ill. acce. ieſus panem. vt ſcilicet ipſum ſe eſſe monſtraret: cui iurauit dominus: Tu es ſacerdos in eternum ſm̄ ordinem melchiſedech. Sequitur: Et bene. fre. THEOPHI. Ideſt gratias agens fregit: quod ⁊ nos facimus orationes ſuperaddentes. BEDA: Frangit etiam ipſe panem quem diſcipulis porrigit: vt oſtendat corporis ſui fractionem non abſq3 ſua ſponte vel procuratione futuram: quē etiam benedixit: qꝛ naturam humanam quā paſſurus aſſumpſit: ipſe vna cum patre ⁊ ſpirituſancto gratia diuine virtutis īpleuit. Benedixit panem ac fregit: qꝛ hominem aſſumptum ita morti ſubdere dignat⁹ eſt: vt ei diuine imortalitatis ineſſe potentiā demonſtraret: Ideoq3 velocius eum a morte reſuſcitandū eſſe doceret. Sequitur. Et dedit eis ⁊ ait: Sumite: hoc eſt corpus meum. THEO. Hoc. ſ. quod nunc do: ⁊ quod nunc ſumitis: Non autem panis figura tantum corporis chriſti ē: ſed in proprium chriſti corpus tranſmutatur. nam dominus ait: Panis quē ego dabo caro mea eſt. ſed tamē caro chriſti nō videtur ꝑꝑ naturā infirmitatem: panis. n. ⁊ vinum de noſtra conſuetudine eſt: ſi vero carnem ⁊ ſanguinem cerneremus: ſumere non ſuſtineremus. propter hoc dn̄s noſtre infirmitati condeſcendens: ſpecies panis ⁊ vini conſeruat: ſed panem ⁊ vinū in veritatē ꝯuertit carnis ⁊ ſanguinis.

CHRY. in ſer. de paſ. Et nunc etiam ille

preſto eſt xp̄s: q̄ illam ornauit menſā: ipſe iſtā
quoqȝ conſecrat. Non enim homo eſt q̄ pro/
poſita corpus chriſti facit ⁊ ſanguinē: ſȝ ille q̄
pro nobis crucifix⁹ eſt chriſtus. Sacerdotis
ore verba proferuntur: ⁊ dei virtute cōſecrā
tur ⁊ gratia: hoc verbo qḋ dicit. Hoc eſt cor
pus meum. propoſita conſecrantur: ⁊ ſicut il
la vox que dicit. Creſcite ⁊ multiplicamini et
replete terraȝ ſemel quidē dicta eſt: ſed omni
tempore ſentit effectum ad generationeȝ ope
rante natura: ita ⁊ vox iſta ſemel quidem dcā
eſt ſed per omnes menſas eccleſie vſqȝ ī ho/
diernum diem ⁊ vſqȝ ad eius aduentū p̄ſtat
ſacrificio firmitatē. HIERO. Myſtice au
tem in pane transfigurat dn̄s corpus ſuum:
qḋ eſt eccleſia pn̄s: q̄ accipitur in fide: benedi
citur in numero: frāgitur in paſſionibus: da
tur in exemplis: ſumitur in doctrinis: forma
tur in ſanguinē ſuū in calice vino ⁊ aq̄ cōmi/
xtum: vt alio purgemur a culpis: alio redima
mur a penis: Sāguine nāqȝ agni ſeruantur
domus a p̄cuſſione angeli: ⁊ aq̄ maris rubri
extinguūtur inimici: que ſūt myſteria eccleſie
xp̄i. Unde ſequitur: Et acce. ca. grās agens
de eis: Gratia enim ⁊ non meritis ſaluati
ſumus a deo. GREGO. ij. mora. Cum
appropinquaret etiam paſſioni accepto pane
gratias egiſſe perhibetur gratias itaque egit
qui flagella aliene iniquitatis ſuſcepit: ⁊ qui
nil p̄cuſſione dignū exhibuit: humiliter ī paſ
ſione benedicit: vt hinc oſtendat q̄d vnuſqſqȝ
in flagello culpe facere debeat: ſi ipſe equani/
miter flagella culpe portat aliene. vt hinc etiā
oſtendat quid in correctione faciat ſubdit⁹: ſi
in flagello poſitus patri gratias egit equalis.
BEDA. Quia ⁊ nos in chriſto ⁊ in nobis
xp̄m manere opȝ: vinum dominici calicis aq̄
miſcetur. Atteſtante. n. ioanne aque populi
ſūt: ⁊ neqȝ aquam ſolam: neqȝ ſolū vinū cui/
q̄ȝ lȝ offerre: ne talis oblatio caput a mēbris
ſe cernēdū eſſe ſignificet: ⁊ vel chriſtum ſine
noſtre redēptiōis amore pati potuiſſe: vł nos
ſine illius paſſione ſaluari ac pati poſſe offer
ri cōtigat. Sequitur: Et biberūt ex illo oēs.
HIERO. Ebrietas felix: ſacietas ſaluta/
ris: q̄ quāto copioſius ſumitur: tāto ſobrieta
tem mentis donare dignat̄. THEO. Qui
dā āt dicūt iudā myſterioꝝ n̄ fuiſſe p̄ticipē: ſȝ
q̄ exierit anteq̄ȝ dn̄s myſteria largiret̄. Alij
etiam dicunt q̄ illi tradidit de illo myſterio.

CHRY. ī ſer. de paſ. Chriſtus. n. ſāgui/
nē ei q̄ eū vēdidit offerebat: vt hēret remiſſio
nē p̄cōꝝ: ſi tamē impius exiſtere noluiſſet.
HIERO. Bibit ergo iudas: ſed nō ſatu/
ratus: nec ſitim extinguit ignis eterni: q̄ȝ in
igne ſumit myſteria chriſti: cuius ſacrificium
nō emundat. ſed eos cogitatio īſipiēs p̄ducit
ad culpas: q̄ ſe cenoſis crudelitatis fetoribus
miſcuerunt. CHRY. in ſer. de paſ. Nul/
lus ergo ſit iudas ī dn̄i menſa. hoc ſacrificiū
cibus ſpūalis eſt: nā ſicut corporalis cibus cū
ventrē inuenerit aduerſis humoribus occu/
pati amplius ledit: ita ē ⁊ iſte ſpūalis cibus
ſi aliquē reperit malignitate pollutū: magis
eū perdit nō ſua natura: ſed accipiētis vitio.
Pura igitur ſit mens in omnibus: pura co
gitatio: q̄ȝ ⁊ ſacrificiū purū ē. Seq̄tur: Et ait
illis: hic eſt ſan. meus noui teſtamēti. BE/
DA. Hoc ad diſtinctionē reſpicit veteris
teſtamēti qḋ hircorū ⁊ vitulorū eſt ſanguine
dedicatū: dicēte īter aſp̄gēdū legiſlatore. h̄ eſt
ſanguis teſtamēti qḋ mādauit ad nos ds̄. Se
quitur: Qui pro mul. effūdet̄. HIERO.
Non eniȝ oēs emundat. Sequitur: Amē di
co vobis q̄ iā nō bi. de geni. vi. vſqȝ ī diem
illū cuȝ illud bi. no. ī regno dei. THEO.
Quaſi diceret: Nō bibā de vino vſqȝ ad re/
ſurrectionē: regnū eni reſurrectionē vocat:
quaſi tunc regnauerit cōtra mortē. Poſt re/
ſurrectionē vero bibit cū diſcipulis: ⁊ come/
dit: oſtēdens q̄ idem ipſe eſſet q̄ paſſus eſt:
Nouum aūt bibit illud. i. nouo quodāmō et
alieno: Non eni corpus habebat paſſibile i/
digens cibo: ſed imortale ⁊ icorruptibile. In
telligendū eſt autem ⁊ ſic: Uitis eſt ipſe dn̄s
genimen vitis myſteria ⁊ intellectus occult⁹
quē ipſe generat: qui docet hominē ſciētiam.
In regno aūt dei. i. in futuro ſeculo bibet cū
ſuis diſcipulis myſteria ⁊ ſapientiam: noua
quedā nos docens: ⁊ reuelās que nūc occul/
tat. BEDA. Uel aliter: Uitem ſiue vineā
domini appellatā eē ſynagogaȝ eſaias teſtat̄
dicens: Uinea domini ſabaoth dom⁹ iſrael
eſt. Iturus ergo dn̄s ad paſſionem ait: Iam
nō bibam de ge. vi. ac ſi aperte dicat: Nō vl
tra carnalibus ſynagoge cerimonijs delecta
bor: in quibus etiam iſta paſchalis agni ſa/
cra locum tennere precipuum. Aderit eniȝ tē
pus mee reſurrectionis: aderit dies illa cum
in regno dei poſitus. i. gloria vite imortalis

ſublimatus: de ſalute eiuſdez populi fōte gſe
ſpūalis regenerant vobis cū gaudio ꝑfūdar.
HIERO. Conſiderandū autem ꝙ hic do/
minus mutat tm̄ ſacrificiū: ſed non mutat tē/
pus: vt nos nunq̄z cenā dn̄i ante quartādeci/
mā lunā faciam⁹: q facit in. xiiij. reſurrectio/
nē in. xi. luna cenā domini faciet: qđ nunq̄z
in veteri teſtamento nec in nouo factum eſt.
¶ Et hymno dicto: exierunt in mō/
tem oliuarū. Et ait eis ieſus: Oēs ſcā/
dalizabimini i nocte iſta: quia ſcriptum
eſt: percutiam paſtorem ⁊ diſpergentur
oues. Sed poſtq̄ꝫ reſurrexero precedaz
vos in galileam. Petrus autem ait il
li: Etſi omnes ſcandalizati fuerit: ſꝫ nō
ego. Et ait illi ieſus: Amen dico tibi:
quia tu in nocte hac priuſq̄ꝫ gallus vo
cem bis dederit: ter me es negaturus.
Et ille āplius loquebatur. Etſi opor
tuerit me ſimul commori tibi: non te
negabo. Similiter āt oēs ⁊ dicebāt.
HYLA. Sicut gratias egerunt anteq̄z bi/
berent: ita etiam gratias agunt ⁊ poſtq̄z bibe
runt. vñ dicitur: Et hymno dicto exierunt in
montem oliuaruz. vt. ſ. adiſcas: ⁊ ante cibū:
⁊ poſt cibum gratiarum reddere actiones.
HIERO. Hymnum. n. dicit laudē dn̄i
vt ē in pſalmo. Edēt pau. ⁊ ſa. ⁊ lau. domi.
q requi. eum. Et adorauerunt ⁊ manducaue
runt omnes pingues terre. THEO. Si/
mul etiam ⁊ hic oſtendit qđ amplectibile erat
ſibi pro nobis mori: qꝛ cum tradēdus erat de
um laudare dignatus eſt. Docet etiaz nos cū
in anguſtias incidimus propter multoruz ſa
lutē non contriſtari: ſed deo gratias agere: q
i noſtra tribulatione operatur multoruz ſalu/
tem. BEDA. Poteſt etiam hymnus ille i
telligi quē dn̄s ſm̄ Joānē patri gratias agēs
decantabat: in quo ⁊ pro ſeipſo: ⁊ pro diſcipu
lis: ⁊ pro eis qui per verbum ipſorum credi
turi erant: eleuatis ſurſum oculis precabať.
THEO. Exiuit autem in montem: vt ad
eum ſolitarium exiſtentem: exeuntes ipſuz ca
perent abſq̄z tumultu. Si eniz acceſſiſſent cū
i ciuitate manebat forte fuiſſet multitudo po/
puli conturbata: ⁊ tunc manifeſte occaſionez
inimici captātes viderentur ipſuz iuſte inter
ficere tāquam populum concitantem. BE/
DA. Pulchre etiam dominus diſcipulos
ſacramentis imbutos in montem educit oli/
uarū: vt typice deſignet nos per acceptionē
ſacramentorum ad altiora virtutum dona et
chariſmata ſancti ſpiritus: quibus in corde ꝑ
ungamur aſcendere debere. HIERO.
In monte etiam oliueti ieſus tenetur: ūde ad
celos aſcendit: vt nos ſciamus quia inde aſcē
dimus ad celos vnde vigilamus ⁊ oramus
⁊ ligamur: nec repugnamus in terra. BE/
DA. Predicit autem dominus diſcipulis
quid paſſuri ſunt: vt cum paſſi fuerint: non
deſperent ſalutem ſed agentes penitentiam
liberentur. vnde ſequitur: Et ait illis ieſus:
Omnes ſcandalizabimini in me i nocte iſta.
HIERO. Omnes quidem cadunt: ſed
non omnes iacent. Nunquid enim qui dor/
mit non adijciet vt reſurgat? Carnale eſt ca/
dere: ſed diabolicum eſt iacere. THEO.
Permiſit autem eos dominus cadere: vt
non in ſeipſis confidant. ⁊ ne videretur hoc
quod predixerat ex quodam argumēto appa/
renti prediriſſe inducit teſtimonium zacharie
prophete. vnde ſequitur. Percutiam paſto
rem ⁊ diſpergentur oues gregis. BEDA.
Hoc alijs verbis in zacharia propheta ſcri/
ptum eſt: ⁊ ex perſona prophete ad dominuz
dicitur. Percute paſtorem ⁊ diſpergentur
oues. Propheta enim poſtulat paſſionem
domini: pater reſpondet: Percutiam paſto/
rez: precibus inferiorum. Filius a patre mit/
titur: ⁊ percutitur ideſt incarnatur ⁊ patitur.
THEOPHI. Dicit autem pater: Per
cutiam paſtorem: quia ipſum percuti dimi/
ſit. Oues diſcipulos dicit: quaſi innocen/
tes ⁊ quaſi abſque malitia. Vltimo conſo/
lationem inducit dicens: Sed poſtquam re/
ſurrexero ꝑcedā vos i galileā. HIERO.
In quo vera ꝓmittiť reſurrectio: vt ſpes nō
extinguať. Sequiť: Petr⁹ āt ait ei. Et ſi oēs
ſcā. fu. ſꝫ nō ego. Ecce auis ſine pēnis i altū
volare nitiť: ſed corpus aggrauat aīam: vt ti
more humane mortis timor domini ſupere/
tur. BEDA. Et petrus ergo de ardore fi/
dei promittebat: ⁊ ſaluator quaſi deus futura

nouerat. vnde ſeqtur: Et ait illi ieſus: Amē
di. tibi q2 tu ho. innoc. hac p̄nuſq̃ gal. bis
vo. de ter me es negatu. AVGV. De
con. euan. Cū oēs euangeliſte dicant predi/
xiſſe dominum ꝙ cuz petrus eſſet negaturꝰ:
anteq̃ gallus cantaret: Marcus hoc ſolum
narrauit expreſſius. vnde nonnullis videt̃
non congruere ceteris: q2 parum attendunt.
Tota enim petri negatio trina eſt: que ſi tota
poſt primum galli cantum inciperet: falſum
dixiſſe viderentur tres alij euangeliſte: ꝙ ſci
licet anteq̃ gallus cantaret: ter eum eſſet ne/
gaturus. Rurſꝰ ſi totā trinā negatōem an/
te pegiſſet q̃ cantare gallꝰ inciperet: ſupfluo
dixiſſet marcus ex perſona domini: Priuſ/
q̃ gallus bis vocem dederit: ter me negatu/
rus es. Sed q2 ante primū galli cantum ce/
pta eſt illa trina negatio: attenderunt illi tres
non quando eam completurus eſſet petrus:
ſed quāta fatura eſſet. i. trina: ⁊ quando ce/
ptura. i. ante galli cantum q̃q̃ in animo eiꝰ
⁊ ante primū galli cantum tota concepta eſt.
Marcus autem de ipſarum vocuz interual
lo planiꝰ elocutꝰ ē. TEO. Qd̉ ſic intelligi
tur: Petrus ſemel negauit: deinde gallꝰ cā/
tauit: negante vero eo duabus alijs negatio/
nibus: tunc gallus ſecundo vocem emiſit.
HIE. Gallus lucis nūtius quis ē niſi ſpi
ritusſanctus? cuius voce in prophetia ⁊ ī apo
ſtolis nos de trina negatione excitamur ad
amariſſimos poſt lapſum fletus: qui male
cogitauimus de deo: ⁊ male locuti ſumꝰ ad
ꝓximos: ⁊ male fecimus ad nos metipſos.
BEDA. Fides autem apoſtoli petri: ⁊ ar
dens affectus ad dominum conſequenter
oſtenditur. Sequitur eni. At ille ampli. lo/
que. Et ſi opoꝛ. me ſi. cōmo. tibi nō te nega/
bo. THEOPHI. Feruorē etiam intre/
pidum ⁊ alij diſcipuli oſtenderunt. Nam ſe
quitur: Similiter autem ⁊ omnes dicebāt.
ſed tamen reſiſtebant veritati: quā chriſtus
predixerat.

¶ Et veniunt in predium cui nomē
gethſemani: ⁊ ait diſcipulis ſuis: Se/
dete hic donec orem. Et aſſumit
Petrum ⁊ Jacobum ⁊ Joannez ſe
cum: ⁊ cepit pauere ⁊ tedere. Et ait il
lis: Triſtis eſt anima mea vſq3 ad
moꝛtem. Suſtinete hic ⁊ vigilate. Et
cum proceſſiſſet paululum: procidit ſu
per terram: ⁊ oꝛabat vt ſi fieri poſſet
tranſiret ab eo hoꝛa: ⁊ dixit: Abba pa
ter: omnia tibi poſſibilia ſunt: transfer
calicem hunc a me: Sed nō quod ego
volo: ſed quod tu. Et venit ⁊ inuenit
eos doꝛmientes. Et ait petro: Symō
doꝛmis? Non potuiſti vna hoꝛa vigi/
lare? Vigilate ⁊ oꝛate: vt non intretiſ
in tentationem. Spiritus quidem
pꝛomptus eſt: caro vero infirma. Et
iterum abiens oꝛauit eundem ſermo/
nem dicens. Et reuerſus denuo: inue
nit eos doꝛmientes. Erant enim oculi
eoꝛum grauati: ⁊ ignoꝛabant quid re
ſponderent ei. Et venit tertio: ⁊ ait il
lis: Doꝛmite iam: et requieſcite. Suf
ficit. Venit hoꝛa: ecce filius homi
nis tradetur in manus peccatoꝛum.
Surgite eamus: Ecce qui me tradet
pꝛope eſt.

GLO. Poſtq̃ dominus ſcandalum di/
ſcipuloꝝ predixerat: nūc euangeliſta narrat
de oꝛatione ipſius: in qua pro diſcipulis cre
ditur oraſſe: ⁊ primo deſcribens locum oꝛa/
tionis dicit: Et veniunt in prediū cui nomen
gethſemani. BEDA. Monſtratur vſq3
hodie locus gethſemani: in quo dominꝰ oꝛa/
uit ad radices mōtis oliueti. Interpꝛetat̃ aūt
gethſemani vallis pinguium ſiue piguedi/
num. Cuz autem dominus in monte oꝛat:
nos docet ſublimia oꝛando inquiri debere.
At cum in valle pinguedinis oꝛat: inſinuat
nobis humilitatem ſemper ī oꝛationibus: ⁊
interne pinguedinem dilectionis eſſe ſeruā/
dam. Ipſe etiam per vallē humilitatis ⁊ pin
guedinez charitatis pro nobis moꝛtē ſubijt.
HIERO. In valle etiam pinguedinum
tauri pingues obſederunt eum. Sequitur:
Et ait diſcipulis ſuiſ. Sedete hic donec oꝛē.
Separantur in oꝛatione qui ſeparantur in
paſſione: q2 ille oꝛat: illi doꝛmiunt: pinguedi
ne cordis oppꝛeſſi. THEOPHI. Sin/
gulariter etiam erat conſuetudo illi ſemper

orare: formam nobis tradens vt ſilentium ⁊
ſolitudinem in orationibus requiramus. Se
quitur: ⁊ aſſumit petrum ⁊ Jacobum ⁊ Joan
nem ſecū. Jllos tres tm̄ aſſumit q̄ gloria ei⁹
in monte thabor iſpectores extiterāt: vt q̄ glo
rioſa viderant: viderent ⁊ triſtia: ⁊ addiſce/
rent ꝙ verus erat homo in hoc ꝙ triſtat̄. Vñ
ſequitur. Et cepit pauere ⁊ tedere. q: eni totū
aſſumpſerat hominem: aſſumpſit ⁊ natura/
les proprietates hoīs: pauere ⁊ tedere ⁊ con/
triſtari naturaliter: nā hoīes naturaliter inui/
ti tendunt ad mortē: vnde ſequitur: Et ait il/
lis: Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem.
BEDA. Quaſi deus in corpore cōſtitutus
fragilitatem carnis exponit: vt eorū qui ſacra
mentum incarnationis obiurgant excluderet̄
impietas: nā q̄ corpus ſuſcepit oīa debuit ſu/
ſcipere que corporis ſūt: vt eſuriet: ſitiret: an
geretur: contriſtaretur. Diuinitas. n. ꝑ hos
cōmutari neſcit affectus. THEO. Quidā
aūt hoc ſic intellexerunt. q. d. Triſtor. n. non
ꝙ mori debeo: ſed ꝙ iſraelite ꝓpiqui mei me
crucifixuri ſunt: ac per hoc a regno dei debēt
excludi. HIERO. Jn hoc etiam pauere ⁊
triſtari docemur ante iudicium mortis: quod
nō poſſumus per nos dicere: ſed ꝑ illū: Ve/
nit ꝓnceps mūdi huius ⁊ in me nō hȝ qc̄q̄.
Sequitur: Suſti. hic ⁊ vigilate. BEDA:
Nō a ſomno dormitionis ꝓhibet cuius tp̄s n̄
erat iminente diſcrimine: ſed a ſomno infide
litatis ⁊ torpore mentis. Paululum autem
procedens ruit in faciem ſuam: ⁊ humilitatē
mentis hitu carnis oñdit. Vñ ſeq̄t̄: Et cum
proceſ. pau. ꝓci. ſuꝑ ter. ⁊ ora. vt ſi fieri poſ/
ſet trāſi. ab eo hora. AVGV. de cō. euan.
Non dixit ſi facere poſſet: ſed ſi fieri poſſet:
fieri. n. poteſt qđ ille voluerit. Sic itaq; dcm̄
eſt: Si fieri poteſt: ac ſi diceret̄: ſi vellet. Et
nequis putaret eum patris minuiſſe ptātem:
manifeſtauit quo itellectu accipiēdū ſit qđ di/
ctum eſt. Nam ſequitur: ⁊ dixit. Abba pat̄:
oīa tibi poſſi. ſunt. Jn quo ſatis oſtendit non
ex i poſſibilitate: ſed ex volūtate patris dictū
eē: ſi fieri poteſt. Quod aūt marc⁹ nō ſolū pa
ter: ſed abba pater eum dixiſſe cōmemorat. h̄
eſt abba hebraice: qđ latine pater. Et fortaſſe
dñs propter aliqđ ſacramētū vtrūq; dixit: vo
lens oſtendere ſe illam triſtis perſonam iam
ſui corporis. i. eccleſie ſuſcepiſſe: cui factus ē
angularis lapis venienti ad eum partim ex he

breis: ad quos pertinet qđ ait abba: partim ex
gentibus ad quos pertinet quod ait pr̄. BE/
DA. Orat aūt trāſire calicē: vt oſtēdat vere
ꝙ homo erat. vñ ſubdit. Transfer calicē hūc
a me. Reminiſcēs aūt ⁊ ꝓpter qđ miſſus ē:
ꝑficit diſpēſatiōē ad quā miſſus ē: ⁊ clamat:
Sed nō qđ ego volo: ſȝ qđ tu. Quaſi. d. Si
morit̄ mors me n̄ moriēte ſȝ carnē: trāſeat ca
lix. verꝫ q: non aliter hoc fiet: non qđ ego vo
lo: ſed qđ tu. Multi adhuc cōtriſtātur futura
morte: ſed habeant rectum cor: vitēt mortem
quā poſſunt: ſed ſi nō poſſunt dicant id qđ ꝓ
pter nos dñs dixit. HIERO. Ex quo ēt
vſq; in finē nō ceſſat nos docere pr̄ibus obe
dire: ⁊ volūtatē eoꝫ: volūtati noſtre prepone
re. Sequitur. Et venit ⁊ inuenit eos dor. Si
cut. n. dormiūt mēte: ſic ⁊ corpore. Poſt ora
tionem aūt dñs veniens ⁊ videns diſcipulos
dormientes petrū ſolū icrepat. Vnde ſeq̄t̄:
Et ait petro: ſymon dormis? non po. vna ho
ra vigi. mecū? Quaſi. d. Qui vna hora non
potuiſti mecum vigilare: qūo mortē ſpernes
tu q̄ ſpondes mori mecū? Sequit̄: Vigilate
⁊ orate vt nō intre. i tēta. ſ. negandi me. BE/
DA. Non ait: Orate ne tētemini: q: impoſ
ſibile eſt humanam animam nō tētari: ſed ne
intretis in tētationē: hoc eſt ne vos tētatio ſu/
peret. HIERO. Jn tētationē aūt itrare di
citur qui orare negligit. Sequitur: Spiritus
quidem promptus eſt: caro autem infirma.
THEO. Quaſi. d. Spūs qdē veſter prō/
ptus eſt ad me nō negandum: ⁊ ꝓpterea hoc
ꝓmittitis: ſed caro veſtra i tantū infirmata ē:
ꝙ niſi dñs ꝑ orationē virtutē carni dederit: i
tētationē intrabitis. BEDA. Temerarios
hic reprimit: q̄ qcq̄d crediderint: putant ſe cō
ſequi poſſe: ſed q̄ntū ex mentis ardore confidi
mus tātū ex fragilitate carnis timeamus. Fa
cit etiā hic locus aduerſus eos q̄ dicūt vnam
in domino operationē ⁊ vnā voluntatē fuiſ/
ſe. Duas. n. voluntates oſtēdit: humanā. ſ.
que propter infirmitatem carnis recuſat paſ/
ſionē: ⁊ diuinā que promptiſſima eſt. Seq̄t̄:
Et iterum abiit. ora. eundē ſermonē dicēs.
THEO. Vt. ſ. ꝑ ſecundariam orationem
ꝙ verus homo eſſet affirmaret. Sequit̄: Et
reuerſus denuo inue. eos dor. tamen non ve
hementer redarguit. Erant enim oculi eorū
grauati. ſ. ſomno. Et igno. quid responde/
rent ei. per hoc infirmitatem humanam ad/

diſcas: ne. ſ. grauati ſomno ꝓmittamꝰ ea quē
nobis ipoſſibilia ſūt. Ideo tertio abijt ad orā
duꝫ orōne predicta. vnde ſequitur: Et venit
tertio. ⁊ ait illis: Dormi. iam ⁊ requi. Non
turbatur contra illos cū poſt redargutionē perꝰ
fecerint ſed ironice dicit illis: Dormi. iam et
req. quia iam ſciebat ꝙ ꝓditor appropinqua/
bat. Et ꝙ ironice dixerit apparet per hoc qḋ
ſubditur: Sufficit. venit hora: ecce tra. fi. ho.
in ma. pec. Hoc dicebat deridēs ſomnū eo/
rum: quaſi diceret: nunc tēpus eſt vt dormia
tis quādo inimicus appropinquat. Deinde
ſubiungit: Surgite eamus: ecce qui me tra/
det ꝓpe eſt. Non vt fugerēt hoc dixit: ſed vt
inimicis obuiarent. AVGV. de cō. euan.
Vel aliter: Per hoc ꝙ cum dixiſſet Dor. iaꝫ
⁊ requi. adiungit. Sufficit. ⁊ deinde infert:
Venit hora: ecce tra. fi. ho. vtiqꝫ intelligen/
dū eſt poſt illud: Dor. ⁊ req. ſiluiſſe dominū
aliquātū: ⁊ hoc fieret qḋ permiſerat: ⁊ tunc in
tuliſſe: Venit hora. ⁊ ideo iterponit: Sufficit
ſcilicet ꝙ requieuiſtis. HIERO. Trina
aūt diſcipulorum dormitio tres mortuos quos
dn̄s ſuſcitauit ſignificat: primus in domo: ſe
cundus ad ſepulchruꝫ: tertius de ſepulchro.
Trina autem domini vigilia docet nos oran
do ⁊ de preteritis ⁊ de futuris ⁊ de preſenti/
bus veniaꝫ rogare.

¶ Et adhuc eo loquēte venit iudas
ſcharioth vnus de duodecim ⁊ cum eo
turba multa cum gladijs ⁊ lignis: miſ/
ſi a ſummis ſacerdotibus ⁊ ſcribis ⁊ ſe/
nioribus. Dederat autem traditor eis
ſignum dicens: Quēcūqꝫ oſculatꝰ fue/
ro ipſe eſt tenete euꝫ: ⁊ ducite caute. Et
cum veniſſet ſtatim accedens ad eū ait:
Rabbi: Et oſculatus eſt eum. At illi
manus iniecerunt in ieſum: ⁊ tenuerūt
eum. Unus autem de circūſtantibus
educens gladium percuſſit ſeruum ſū/
mi ſacerdotis: ⁊ amputauit illi auricu
lam. Et reſpondens ieſus ait illis: Tā
ꝙ ad latronem exiſtis cum gladijs ⁊ li
gnis cōprehendere me? Quotidie erā
apud vos in templo docens: ⁊ non me
tenuiſtis: ſed vt impleantur ſcripture.
Tunc diſcipuli eius relinquentes euꝫ
omnes fugerunt. Adoleſcens autē qui
dam ſequebatur euꝫ amictus ſyndone
ſuper nudo: ⁊ tenuerunt eum. At ille
relicta ſyndone: nudus profugit ab eis.

BEDA. Poſtqꝫ tertio dominꝰ orauerat: ⁊
apoſtolorū timorē ſequēte penitentia impetra/
uerat corrigendum: ſecurus de paſſione ſua
pergit ad perſecutores: de quorum aduentu
euāgeliſta dicit: Et adhuc eo loquēte ve. iu/
das ſcarioth vnus de. xij. THEO. Hoc
non fruſtra ponitur: ſed ad maiorē ꝓditoris re
dargutionem ꝙ cū de primo choro diſcipulo
rum exiſteret: cōtra dominū in rabiē verſus
eſt. Sequitur: Et cū eo tur. mul. cū gla. ⁊ li/
gnis miſſi a ſum. ſa. ⁊ ſcri. ⁊ ſenio. HIE/
RO. Incumbit. n. virtuti ſeculi: qui deſpat
de adiutorio dei. BEDA. Adhuc tamē hꝫ
aliquid iudas de verecūdia diſcipuli: cum eo
non palā tradidit perſecutoribus: ſed per ſi/
gnum oſculi. vnde ſequitur: Dederat autem
tra. eis ſignū dicens: Quēcūqꝫ oſcu. fu. ipſe
eſt te. eum. ⁊ du. caute. THEO. Vide eiꝰ
inſenſibilitatem: quomodo credebat i oſculo
chriſtū decipere: vt quaſi amicus eſtimaret.
Si aūt amicus eras o iuda: cuius gratia cum
inimicis acceſſiſti? ſed oīs prauitas ſine proui
dentia eſt: Sequitur: Et cum ve. ſtatiꝫ ac. ad
eum ait: Rabbi: ⁊ oſcu. eſt eū. HIERO.
Dat iudas ſignum oſculi cum veneno doli:
ſic chayn obtulit ſacrificium ſubdolū ⁊ repro
batum. BEDA. Inuidens autem ⁊ ſcelera
ta confidentia magiſtrum vocat: ⁊ oſculum i
fert ei quē tradit. Suſcipit āt dominus oſcu/
lum traditoris: nō quo ſimulare nos doceat:
ſed ne ꝓditionē fugere videatur: ſimul ⁊ illud
pſalmi cōplēs: Cum his qui oderūt pacē eram
pacificus. Sequitur: Et illi ma. inie. i eū. ⁊ te/
nue. eū. HIERO. Hic adeſt ioſeph ven
ditus a fratribꝰ ⁊ ferrū ptranſiuit animā eiꝰ.
Sequitur: Unus aūt de circū. edu. gla. percuſ.
ſer. ſūmi ſa. ⁊ am. illi auri. BEDA. Pe/
trus hoc fecit vt ioānes declarat eodē mētis
ardore quo cetera faciebat. Sciebat. n. quō phi/
nees puniēdo ſacrilegos: mercedē iuſticie et
ſacerdotij perēnis acceperit. THEO. Ta
cet aūt nomē eiꝰ marcus: vt nō videretur ſuum
laudare magiſtrū quaſi zelātē ꝓ chriſto. In/
nuit āt petrꝰ ex hoc ꝙ dictes erāt ⁊ incre

duli ſpernētes ſcripturas: nā ſi habuiſſēt au/
res audiētes ſcripturas: nō crucifixiſſent do/
minū glorie. Amputauit aūt auriculam ſerui
ſūmi ſacerdotis: nā ſūmi ſacerdotes p̄rio pre
teribāt ſcripturas: q̄ſi ſerui ñ audiētes facti.
Sequit̄. Et r̄ndens ieſus ait illis. Tāq̄ʒ ad
latro. exi. cū gla. ⁊ lignis. BEDA. Quaſi
di. Stultū ē cū gladijs ⁊ fuſtibus querere eū
qui vltro ſe veſtris tradidit manibꝰ: ⁊ in no/
cte q̄ſi latitantē p̱ ꝓditorē inueſtigare: qui quo
tidie in tēplo docebat. THEO. Iſtud aūt
diuinitatem eius oſtēdit. qn̄. n. i tēplo doce/
bat nō valuerūt ip̄m capere: q̄uis in manibꝰ
eorū eēt: q2 nōdū tēpus aduenerat paſſiōis.
qn̄ aūt ipſe voluit: tūc tradidit ſeipſum vt ad
implerent̄ ſcripture: q2 tāq̄ʒ agnus ad occiſio
nē ductus eſt. nō clamās neq̄ʒ vociferās: ſed
volūtarie patiēs. Seq̄t̄: tunc diſci. eiꝰ re. eum
oēs fugerūt. BDEA. In hoc iplet̄ ſmo:
quē dn̄s dixerat: q̄ oēs diſcipuli ſcādalizarē/
tur in illo in ipſa nocte. Sequit̄: Adoleſ. aūt
q̄dam ſequebat̄ illū. amic. ſyn. ſup nudo. ſub
audit̄ corpore: q2 nō aliud idumenti q̄ʒ ſolam
habebat ſyndonē. Sequit̄: Et tenuerūt eūʒ.
At ille re. ſyn. nu. ꝓfu. ab eis. quoꝝ. ſ. p̄ſtiā
deteſtabat̄ ⁊ facta nō a dn̄o: cuius amorem ⁊
abſēſ corp̄e firū ſuauit i mēte. HIERO.
Sicut etiā ioſeph relicto pallio nudus de ma
nibus ipudice femine aufugit. Qui vult ef/
fugere manus iniquoꝝ: relinq̄nēs mēte que
mundi ſunt fugiat poſt ieſum. THEO.
Probabile aūt videt̄ q̄ hic adoleſcēs erat de
illa domo: in qua paſcha comederāt. Quidā
vero dicūt hunc adoleſcētē fuiſſe iacobuʒ fra
trē dn̄i: q dicebat̄ iuſtus: q ab apoſtolis poſt
chriſti aſcēſionem cathedrā hieroſolymorum
accepit. GREGO. xiiij. mor. Vel hoc de
ioāne dr̄. q ⁊ſi poſt vt vba redēptoris audi/
ret ad crucē rediit: prius tn̄ territus fugit. nā
⁊ illū eo tp̄e fuiſſe adoleſcētē longa poſt hoc i
carne vita eius inditio ē. Potuit. n. fieri vt
ad horā tenētiū manibus elapſus: mox reſū/
pto idumento redierit: ⁊ ſub dubia lucis no/
cte: ſe turbis ducētiū ieſum quaſi vnus d̾ ip̄is
imiſcuerit: donec ad atriū pōtificis cui erat no
tus p̱ueniret: vt ipſe i ſuo euāgelio cōmemo
rat. Sicut aūt petrus q culpā negatiōis p̄nie
lachrymis abluit recuperationeʒ oſtendit eo/
rū q in martyrio labunt̄. ita ceteri diſcipuli q
articulū cōp̄rehenſiōis fugiēdo p̱uenerunt:
cautelam fugiendi docent eos qui ſe minus
idoneos ad toleranda ſupplicia ſentiunt.

¶ Et adduxerunt ieſum ad ſummū
ſacerdotem: ⁊ conuenerunt omnes ſa
cerdotes ⁊ ſcribe ⁊ ſeniores. Petrus
autem a longe ſecutus eſt eum vſq̄ʒ in
tro in atrium ſummi ſacerdotis: ⁊ ſede
bat cum miniſtris ad ignem ⁊ calefacie
bat ſe. Summi vero ſacerdotes ⁊ oē cō
cilium: querebant aduerſus ieſum teſti
monium: vt eum morti traderent: nec
inueniebant. Multi enim falſum teſti
monium dicebant aduerſus eum: ⁊ cō
uenientia teſtimonia non erāt. Et qui
dam ſurgentes: falſum teſtimoniuʒ fe
rebant aduerſus eum dicentes: Quo
niam nos audiuimus eum dicentem:
Ego diſſoluam templum hoc manufa
ctum: ⁊ poſt triduum aliud non manu
factum edificabo. Et non erat conue
niens teſtimonium illoꝝ.

GLO. Narrauerat euāgeliſta superiꝰ: quo
modo dn̄s a miniſtris ſacerdotum fuerat ca/
ptus: nunc narrare incipit quomodo in do/
mo principis ſacerdotum morti adiudicatus
fuit vnde dr̄: Et addux. ieſum ad ſummū ſa
cerdoteʒ. BEDA. Summum ſacerdotem
ſignificat caypha: qui ſicut ioānes ſcribit erat
pōtifex anni illius: de quo teſtatur Joſephꝰ:
q̄ pontificatum ſibi emerit a principe roma/
no. Sequitur: Et conuenerunt in vnuʒ oēs
ſacerdotes: ⁊ ſcribe ⁊ ſēiores. HIERO.
Tunc facta eſt congregatio taurorum in vac
cis populorum. Sequitur: Petrus autem a
longe ſequebatur eum vſq̄ʒ intro in atriū ſū/
mi ſacerdotis. Timor enim retrahit: ſed cha
ritas trahit. BEDA. Merito autem a lō
ge ſequebatur: qui iam erat proxime negatu/
rus. Neq̄ʒ enim negare poſſet: ſi chriſto p̱ri
mus adheſiſſet. Sequitur: Et ſede. cum mi/
niſtris ad ignem ⁊ calefaciebat ſe. HIE/
RO. In atrio cuʒ miniſtris calefacit ſe ad
ignem. Atrium ſacerdotis eſt ſecularis cir/
cuitus. miniſtri demonia ſunt: cum quibus
qui manet: flere peccata non poteſt. ignis de
ſiderium carnale. BEDA. Eſt eniʒ ignis

charitas: de quo dicitur: Ignem veni mittere
in terrā: ſuꝑ credētes deſcēdēs varijs liguis
eos laudare dn̄m docuit. Eſt ⁊ ignis cupidi/
tatis: de quo dicit᷑: Oēs adulterantes velut
clybanus corda eorum. hic ignis in atrio cay
phe in ſtinctu maligni ſpūs accenſus: ad ne/
gandum: ad blaſphemandū dn̄m perfidoruꝫ
linguas armabat. Quod enim intus in do/
mo maligna ſynodus gerebat. hoc ignis in
atrio inter frigora noctis accenſus figurabat.
Quoniam enim abundat iniquitas: refrige/
ſcit charitas multorū. hoc frigore torpens ad
horam petrus: quaſi prunis miniſtrorum cay
phe calefieri cupiebat: q꞉ tēporalis cōmodi ſo
latium perfidorum ſocietate querebat. Sequi
tur. Sūmi ſa ſacer. ⁊ oē cō. que. aduer. ie.
te. vt eum mor. traderent. THEO. Lege
precipiente ꝙ vnus exiſteret ſummus ſacer/
dos: tunc multi erant ſubſtituti: ⁊ deſtituti an
nis ſingulis ꝑ principem romanorū. Sum/
mos ergo ſacerdotes dicit illos: q determina
tū eis tēpus cōplentes iam compleuerāt: ⁊ a
ſacerdotio deſtituti erant. Figuram autem iu
dicij: qđ in preiudiciū agebāt operātur: teſti/
monia querentes vt videantur ieſum iuſte dā
nare ⁊ perdere. HIERO. Sed mentita ē
iniquitas ſibi: vt regina aduerſus Joſeph: ⁊
ſacerdotes aduerſus ſuſannam. ſed ignis ſi/
ne materia deficit. vnde ſequit᷑: Nec inuenie
